


Herculis insani fert pma tragedia strages
Inde secunda dapes et prandia seua tyeste
Tertia thebaydos noxas et uulnera pandit
Quarta dat ypolitū laceratū fraude nouerce
Exprimit edippi erumpnas qnta cruenti
Sexta gues edit fundentez troada luctus
Septima medee cladis facinusqz recenset
Ast octaua notat gladys agamenona cesuz
Insinuat nona qz tuos octauia questus
Herculis octei summas canit ultīa flāmas

Cia

Tragedie Senece

Patrias Poetarum Martialis hic carminibus sequentibus indicat simul ac suam:

Verona docti sillabas amat vatis
Marone felix mantua est.
Censetur Apona Livio suo tellus
Stellaque nec flacco minus
Apollodoro plaudit imbrifer Nilus
Nasone Peligni sonant
Duosque Senecas: unicum Lucanum.
Facunda loquitur corduba.
Gaudent iocose Canio suo Gades
Emerita Deciano meo
Te Liciane gloriabitur nostra
Nec me tacebit Bilbilis.

.l. l.

.l.x.s.s.

Ah crudele genus nec fidum femina nomen
Ah pereat didicit fallere si qua virum.

Ipse licet venias musis comitatus Homere
Si nihil attuleris: ibis Homere foras.

Iesus xpus maria miserere nobis
Ihus nazarenus rex iudeorum audiens
supplices nos famulos tuos

Deus in nomine tuo
protege nos semper.


In manus [illegible]

IV

III

Tragedie atque comedie initium a rebus divinis inchoatum est quibus
pro fructibus vota solventes operabantur antiqui nam incensis iam
altaribus et admoto hirco id genus carminis quod sacer chorus reddebat
libero patri tragedia dicebatur ab hirco hoste vinearum compositum vel e contra tragedi
ex tragos quod est apud nos hircus et oda cantus hanc hircum pro
premio seu cantus primi tragici qui rustici et pastores erant repor
tare dicebantur vel ovantes carmine qui tragico velleri erant ob
hircum In qua tandem inter poemata apud grecos floruerunt eschylus
sophocles et euripides apud nostros accius pacuvius ovidius qui
teste quintiliano in hoc genere medeam scripsit sed horum de predictis
solus iam restat seneca de quo ut inter tragicos quintilianus
meminit ne tamen omnes eiusdem auctoris esse videntur ut
varietas stili diligenter intuentibus indicat
Comedia a tragedia in hoc distat quod in comedia mediocres for
tune hominum parvi impetus periculaque leticique sunt exitus actionum
at in tragedia omnia contra ingentes persone magni timores exitus
funesti habentur et illic turbulenta prima tranquilla ultima
In tragedia contrario res aguntur tandem quia comedia est
de fictis argumentis tragedia sepe de historica fide petitur

Iste liber legatus est pro libraria maioris collegii per venerabilem
ac egregium virum magistrum Nicolaum Mykosz de Cracovia professorem sacre
theologie custodem sancti floriani vicecancellarium universitatis
nostre ac penitentiarium in arce crac. Qui diem ultimum vite
sue clausit ipso die s. Apollonie Anno 1528 etc.



Jeronimi tragedie et comedie in rebus divinis

IV

Titulus prime tragedie herculis furentis
Qui ab inferis cum theseo rediens her
cules thebas a lico tiranno occupatas
reperit et uxorem suam megera de con
iugio ab eodem infestata quo facto her
cules mox tirannum subito interemit
et cum pro victoria sacra facere vellet
furiis a Junone missis est arreptus
filios et uxorem miserandis interfecit
demum resipiens tanto scelere animaduerso
sibi ipsi mortem parare intendebat nisi
a theseo et a patre amphitrione reten
tus fuisset

Hercules furens

Lucy annei senece liber incipit

Iuno loquitur

Soror tonantis hoc enim solum michi
Nomen relictum est semper alienum iouem
Ac templa summi vidua deserui etheris
Locumque celo pulsa pellicibus dedi
Tellus colenda est pellices celum tenent
Hinc arctos alta parte glacialis poli
Sublime sidus classes argolicas agit
Hinc qua tepenti vere laxatur dies
Tirie per undas vector europe nitet
Illic timendum ratibus ac ponto gregem
Passim vagantes exerunt athlantides
Ferro coma hinc exterret orion deos
Suasque perseus aureas stellas habet
Hinc clara geminum signa tindaride micant
Quibusque natis mobilis tellus stetit
Nec ipse tantum bachus aut bachi parens
Adyt superos nequa pars probro vacet
Mundus puelle serta gnosiace gerit
Sed vetera sero querimur ascendat licet
Meumque victrix teneat alcmene decus locum
Pariterque natus astra promissa occupet
In cuius ortu mundus impendit diem
Tardusque eoo phebus effulsit mari
Retinere mersum iussus occeano iubar
Non sic abibunt odia viuaces aget
Violentus iras animus et seuus dolor
Eterna bella pace sublata geret
Que bella quicquid horridum tellus creat
Inimica quicquid pontus aut aer tulit
Terribile dirum pestilens atrox ferum
Fractum atque domitum est superat et crescit malis
Ira que nostra fruitur in laudes suas
Mea vertit odia dum nimis seua impono
Patrem probauit inde qua lucem premit
Aperitque thetis qua ferens titan diem
Vtrosque proxima tingit ethiopes face
Indomita virtus colitur et toto deus
Narratur orbe monstra iam desunt mihi
Minorque labor est herculi iussa exequi
Quam mihi iubere letus imperia excipit
Que fera tiranni iussa violento queant

Nova ira iuvenem tempe per tellus erit
Que timuit et que fudit armatus venit
Leone et idra nec satis terre patent
Effregit ecce limen inferni iovis
Et opima victi regis ad superos refert
Parum est reverti fedus umbrarum perit
Vidi ipsa vidi nocte discussa inferum
Et dite domito spolia iactantem patri
Fraterna. cur non vinctum et oppressum trahit
Ipsum cathenis paria sortitum iovi
Herebo que capto potitur et retegit stiga
Patefacta ab imis manibus retro via est
Et sacra dire mortis in aperto iacent
At ille rupto carcere umbrarum ferox
De me triumphat et superbifica manu
Atrum per urbes ducit argolicas canem
Viso labantem cerbero vidi diem
Pavidum que solem. me quoque invasit timor
Et terna monstri colla devicti intuens
Timui imperasse levia sed nimium queror
Celo timendum est regna ne summa occupet
Qui vicit ima sceptra eripiet patri
Nec in astra lenta veniet ut bachus via
Iter ruina queret et vacuo volet
Regnare mundo. expenso robore tumet
Et posse celum viribus vinci suis
Didicit ferendo. subdidit mundo caput
Nec flexit humeros molis immense labor
Mediusque collo sedit herculeo polus
Immota cervix sidera et celum tulit
Et me prementem querit ad superos viam
Perge ira perge et magna meditantem opprime
Congredere manibus ipsa iam lacera tuis
Quid tanta mandas odia discedant fere
Ipse imperando fessus euristeus vacet
Titanas ausos rumpere imperium iovis
Emitte. siculi verticis laxa specum
Tellus gigante doris excusso tremens
Supposita monstri colla terrifica levet
Movanda iam sunt bella. clarescit dies
Humana temperne. iam stiga et manes ferox
Fugisse credis. hic tibi ostendam inferos

Reuocabo malta cõditam caligine
Ultra nocentem exilia discordem deam
Quã munit ingens mõtis oppositi specus
Educã et ymo e ditis regno extraham
Quicquid relictũ ẽ ueniat uel inuisũ scelus
Suumq̃ lambens sanguinẽ impietas ferox
Error q̃ et in se semper armatus furor
Hoc hoc ministro noster utatur dolor
Incipite famule ditis ardentẽ incite
Concutite pinum et agmẽ horrendũ anguibus
Megera ducat atq̃ luctifica manu
Vastam rogho flagrante corripiat trabem
Hoc agite penas petite violate stigis
Concutite pectus acrior mentem excoquat
Quã qui caminis ignis ethneis furit
Ut possit animo captus alcides agi
Magno furore percitus nobis prius
Insaniendũ ẽ iuno cur nondũ furis
Me me sorores mente deiectam mea
Versate primam facere si quicquam apparo
Dignũ nouerca iam odia mutentur mea
Natos reuersus videat incolumes precor
Manuq̃ fortis redeat inueni diem
Inuisa quo nos herculis virtus iuuet
Me pariter et se uincat et cupiat mori
Ab inferis reuersus hic prosit michi
Ioue esse genitũ stabo et ut certo exeant
Emissa neruo tela librabo manum
Regam furentis arma pugnanti herculi
Tandem fauebo scelere perfecto licet
Admittat illas genitor in celũ manus

Chorus

Turbine magno spes sollicite
Urbibus errant trepidiq̃ metus
Ille superbos adhytus regum
Durasq̃ fores expers sompni
Colit at nullo fine beatas
Componit opes gazis inhians
Et congesto pauper in auro
Illũ populi fauor attonitum
Fluctuq̃ magis mobile vulgus
Aura tumidũ tollit inani
Hic clamosi rabyosa fori

Secundum fabulas acheron deus inferorum fluuius infernalis concubuit cum dea noctis et ex ea genuit tres furias infernales scilicet thesiphone que interpretatur vox. alleto que interpretatur impausabilis ab a quod est sine et letos requies quasi sine requie. megera que longa contemptio interpretatur dicitur a megyn quod est longum ... longum malum generans. et dicuntur eumenides ab eu quod est bonum et menes defectus et dicuntur deae quasi deae in bono deficientes hec dicuntur apud deos dire furie apud homines quia eos faciunt insanire et furere eumenides apud inferos quia ibi bono deficiunt incessanter.

Iste chorus est variatis metris et ... vocatur lyricum et hic ... describitur metro pyndarico dimetro anapestico et sic mos est poetis lyricis imponere quedam ipsis principes ... non complentes qui complentur secundum ipsis languentes

Iurgia uendēs improbus iras
Et verba locat. Nouit paucos
Secura quies. qui uelocis
Memores eui. tempora nūq̄
Reditura tenent. dum fata sinunt
Viuite leti. properat cursu
Vita citato. uolucri q̄ die
Rota precipitis uertitur anni
Dure peragunt pensa sorores
Nec sua retro fila reuoluunt
At gens hominū fertur rapidis
Obuia fatis incerta sui
Stigias ultro querimus undas
Nimiū alcide pectore forti
Properas mestos uisere manes
Certo ueniūt ordine parce
Nulli iusso cessare licet
Nulli scriptum proferre diem
Recipit populos urna citatos
Alium multis gloria terris
Tradat et omnes fama p urbes
Garrula laudet. celo q̄ parem
Tollat et astris
Alius curru sublimis eat
Me mea tellus lare secreto
Tute q̄ tegat. [illegible]
Venit ad pigros cana senectus
Humili q̄ loco. sed certa sedet
Sordida parue fortuna domus
Alte uirtus animosa cadit
Sed mesta uenit crine soluto
Megera paruum comitata gregem
Tardus q̄ senio graditur
Alcide parens. Megera. Amphitrion. licus

O magne olimpi rector et mūdi arbiter
Iam statue tandem grauibus erumnis modū
Finem q̄ cladi. nulla lux nūq̄ michi
Secura fulsit. finis alterius mali
Gradus ē futuri. protinus reduci nouus
Paratur hostis. antequam letam domū
Contingat. aliud iussus ad bellū meat.
Nec ulla requies. tempus aut ullū datur

Hic arguit herculē q ante diē mortis sue vult ad inferos. tamen ipse & omnes homines necessitate tendant illuc.

q. d. tanquam pigri manent in domo nec exponunt se laboribus & periculis [illegible] usque ad canam senectutem

In hoc 2o carmine sunt 3 partes. In prima megera absencia herculis viri sui et eius infortunia deplorat. In secunda [illegible] In 3a chorus hanc destructionem deplorat [illegible]

Nisi dum iubetur sequitur a prima statim
Infesta Iunoni nunquid immunis fuit
Infantis etas monstra superavit prius
Quam nosse posset. gemina cristati caput
Angues ferebant ora. quos contra obvius
Reptavit infans. igneos serpentum oculos
Remisso pectore ac placido intuens
Artos serenis vultibus nodos tulit
Et tumida tenera guttura elidens manu
Prelusit ydre. Menali pernix fera
Multo decorum preferens auro caput
Deprensa cursu est. maximus Nemee timor 39
Gemuit lacertis pressus herculeis leo
Quid stabula memorem dira bistonii gregis
Suisque regem pabulum armentis datum
Solitumque densis hispidum Erimanthi iugis
Archadia quatientem nemora Menalium suem
Taurumque centum non levem populis metum
Inter remotos gentis Hesperie greges
Pastor triformis littoris Tarthesii
Peremptus. acta est preda ab occasu ultimo
Notum Citheron pavit occeano pecus
Penetrare iussus solis estivi plagas
Et adusta medius regna que torret dies
Utrimque montes solvit abrupto obice
Et iam ruenti fecit occeano viam
Post hec adortus nemoris opulenti domos
Aurifera vigilis spolia serpentis tulit
Quid seva lerne monstra numerosum malum
Non igne demum vicit. et docuit mori
Solitasque pennis condere obductis diem
Petiit ab ipsis nubibus Stimphalides
Non vicit illum celebs semper thori
Regina gentis vidua Termodontie
Nec ad omne clarum facinus audaces manus
Stabuli fugavit turpis Augei labor
Quid ista prosunt orbe defenso caret
Sensere terre pacis auctorem sue
Habere terris. prosperum ac felix scelus
Virtus vocatur. sontibus paret boni
Ius est in armis. opprimit leges timor
Ante ora vidi nostra truculenta manu

Natos paternum cade regni iudices
Prolemque cadmi nobilis stirpem ultimam
Occidit/uidi regium capitis decus
Cum capite raptum. quis satis thebas fleat
Ferax deorum terra. quem dominum tremit
E cuius aruis eque fecundo sinu
Stricto iuuentus orta cum ferro stetit
Cuiusque muros natus amphyon ioue
Struxit canoro saxa modulatu trahens
In cuius urbem non semel diuum parens
Celo relicto uenit. hec que celites
Recepit. et que fecit. et fas sit loqui
Fortasse faciet. sordido premit iugo
Cadmea proles. atque ophyonius genus
Quo recidistis. tremitis ignauum exulem
Suis carentem finibus/ nostris grauem
Qui scelera terra/ quique persequitur mari
Ac seua iusta sceptra confregit manu
Nunc seruit absens. fertque que fieri uetat
Tenetque thebas herculeas exul lycus
Sed non tenebit. et aderit. et penas petet
Subitusque ad astra emerget. inueniet uiam
Aut faciet. assis. assis hospes et remees tuis
Tandemque uenias uictor ad uictam domum
Emerge coniux. atque depulsas manu
Abrumpe tenebras. nulla si uetito uia
Iterque clausum est. orbe deducto reddi
Et quicquid atra nocte possessum latet
Emitte tecum. diruptis qualis iugis
Preceps citato flumini querens iter
Quondam fecisti. scissa cum uasto impetu
Patuere in tuo pulsus tempe pectore
Huc mons et illuc cecidit et rupto agere
Noua cucurrit thesalus torrens uia
Talis parentes liberos patriam petens
Erumpe. rex terminos tecum efferens
Et quicquid auida tot per annorum gradus
Abscondit etas redde/ et oblitos sui
Lucisque pauidos ante te populos age
Indigna sunt spolia. si tantum refers
Quantum imperatum est. magna sed nimium loquor
Ignara nostre sortis. unde illum mihi

Quo te tuamque dexteram amplectar die
Redditus quoque lentos nec mei memorem esse queror
Tibi o deorum ductor indomiti ferent
Centena thauri colla · tibi frugum potens
Secreta reddam sacra · tibi multa fide
Longas eleusin tacita iactabo faces
Tum restitutas fratribus rebor meis
Animas et ipsum regna moderantem sua
Florere patrem · et si qua te maior tenet
Clausum potestas · sequimur · aut omnes tuo
Defende reditu sospes aut omnes trahe
Trahes · nec ullus eriget fractos deus

Amphitron **Megera**

Am O socia nostri sanguinis casta fide
Servans thorum natosque magnanimi herculis
Meliora mente concipe · atque animum excita
Aderit profecto qualis ex omni solet
Labore maior

Meg Quod nimis miseri volunt
Hoc facile credunt

Am Immo quod metuunt nimis
Numquam amoveri nec posse tolli putant
Prona est timori semper in peius fides

Meg Demersus ac defossus et toto insuper
Oppressus orbe · quam viam ad superos habet

Am Quam tunc habebat · cum per arentem plagam
Et fluctuantes more turbati maris
Abiit arenas · bis quoque discedens fretum
Et bis recurrens · cum quoque deserta rate
Deprensus hesit syrtium brevibus vadis
Et puppe fixa maria superavit pedes

Meg Iniqua raro maximis virtutibus
Fortuna parcit · nemo se tute diu
Periculis offerre tam crebris potest
Quem sepe transit casus aliquando invenit
Sed ecce sevus ac minas vultu gerens
Et qualis animo est talis incessu venit
Aliena dextra sceptra concutiens lycus

litus Urbis regens opulenta thebane loca
Et omne quidquid uberi cingit solo
Obliqua phocis · quidquid ysmenos rigat
Quidquid cyteron vertice excelso videt
Et bina scindens ysthmos exilis freta
Non vetera patrie domus possideo iura

Ignauus heres. nobiles non sunt michi
Aui. nec altis inclitum titulis genus
Set clara uirtus. qui genus iactat suum
Aliena laudat. rapta sed trepida manu
Sceptra optinentur. omnis in ferro est salus
Quod ciuibus tenere te inuitis scias
Strictus tuetur ensis. alieno in loco
Haut stabile regnum est. una sed nostras potest
Fundare uires iuncta regali face
Thalamis que megara ducet e genere inclito
Nouitas colorem nostra non equidem reor
Fore ut recuset. at meos spernat thoros
Si impotenti pertinax animo abnuet
Stat tollere penitus omnem herculeam domum
Inuidia factum. at sermo popularis premit
Ars prima regni est posse et inuidiam pati
Temptemus igitur. Sors dedit nobis locum
Nam que ipsa tristi uestis obtentu caput
Velata iuxta presides astat deos
Laterique adheret uerus alcide sator

Meg. Quidnam iste nostri generis exitium ac lues
Noui parat. quid temptat

Licus. O clarum trahens
A stirpe nomen regia facilis mea
Parumper aure uerba patienti excipe
Si eterna semper odia mortales agent
Nec ceptus umquam cedat ex animis furor
Set arma felix teneat. infelix paret
Nil relinquent bella. tunc uastis ager
Squalebit arius subducta tectis face
Altus sepultas obruet gentes cinis
Pacem reduci uelle uictori expedit
Victo necesse est. particeps regno ueni
Sociemur animos. pignus hoc fidei cape
Continge dextram. quid truci uultu siles

Meg. Ego ne ut parentis sanguine aspersam manum
Fratrumque gemina cede contingam prius
Extinguet ortus. referet occasus diem
Pax ante fida niuibus et flammis erit
Et scilla siculum iunget ausonio latus
Priusque multo uicibus alternis fugax
Euripus unda stabit euboyca piger

Patrem abstulisti regna germanos larem
Patriam. Quid ultra est una res super est michi
Fratre ac parente carior regno ac lare
Odium tui quod esse cum populo michi
Commune doleo pars quota ex illa mea est
Dominare tumidus spiritus altos gere
Sequitur superbos ultor a tergo deus
Thebana novi regna quid matres loquar
Passas et ausas scelera quid geminum nephas
Mixtumque nomen coniugis nati patris
Quid bina fratrum castra quid totidem rogos
Riget superba luctu parens tantali
Mestusque frigido manat in sipylo lapis
Quin ipse torvum subrigens crista caput
Illirica cadmus regna permensus fuga
Longas reliquit corporis tracti notas
Hec te manent exempla dominare ut libet
Dum solita regni fata te nostri vocent
Lycus Age dum efferatus rapida voces amove
Et disce regum imperia ab alcide pati
Ego rapta quamvis sceptra victrici
Dextra geram et cuncta sine legum metu
Quas arma vincunt. Cum pauca pro causa loquar
Cruento nostra cecidit in bello pater
Cecidere fratres arma non servant modum
Nec temperari facile nec reprimi potest
Stricti ensis ira. bella delectat cruor
Sed ille regno pro suo nos improbra
Cupidine acti. queritur belli exitus
Non causa sed nunc pereat omnis memoria belli
Cum victor arma posuit et victum decet
Deponere odia. non ut inflexo genu
Regnantem adores petimus. hoc ipsum placet
Animo ruinas quod capis magno tuas
Es rege coniux digna. sociemus thoros
Meg Gelidus per artus vadit exanguis tremor
Quod facinus aures pepulit. haud eadem horrui
Cum pace rupta bellicus muros fragor
Circumsonaret. pertuli intrepide omnia
Thalamos tremisco. capta nunc videor michi
Graventur catthene corpus et longa fame
Mors protrahatur lenta non vincet fidem

Vis ulla metuz· moriar alcide tua

Licus Animos ne mersus inferis coniux facit

Meg. Inferna tetigit· posset ut supera assequi

Licus Telluris illum pondus immense premit

Meg Nullo premetur honore qui celum tulit

Licus Cogere

Meg Cogi qui potest nescit mori

Licus Effare thalamis quid novis potius parez

Regale munus

Meg Aut tuam mortem aut meam

Licus Morieris demens

Meg Coniugi occurram meo

Licus Sceptro quoque nostro potior est famulus tibi

Meg. Quot iste famulus tradidit reges neci

Licus Cur ergo regi servit· et patitur iugum

Meg Imperia dura tolle quid virtus erit

Licus Obicis feris monstris quoque virtutem putas

Meg Virtutis est domare que cuncti pavent

Licus Tenebre loquentez magna tartaree premunt

Meg Non est ad astra mollis e terris via

Licus Quo patre genitus celitum penetrat domos

Am· Miseranda coniux herculis magni sile

Partes mee sunt hec reddere alcide patrem

Genusque verum post tot ingentis viri

Memoranda facta postque pacatum manu

Quodcumque titan ortus et labens videt

Post monstra tot perdomita post flegram impio

Sparsam cruorez· postque defensos deos

Non dum liquet de patre mentimur iovem

Iunonis odio crede

Licus Quid violas iovem

Mortale celo non potest iungi genus

Am Communis ista pluribus causa est deis

Licus Famuli ne fuerant antequam fierent dei

Am Pastor phereos delius pavit greges

Licus At non per omnes exul erravit plagas

Am Quem profuga mater mater erratez edidit

Licus Non monstra sevas phebus ac timuit feras

Am Primus sagittas imbuit phebi draco

Licus Quam grandia parvus tulerit ignoras mala

E matris utero fulmine eiectus puer

Mox fulminanti primus patri stetit

Ceterum exponit de ipso iove quem puerulum apte deceptum capra in quodam specu aluit suo lacte unde postea e translata ad sidera et est Xa signum zodiaci quod dicitur capricornus unde dicit quid

Quid qui gubnat astra q nubes quatit

Non latuit infans rupis exese specu

Sollicita tanti pcia natales habet

Semperqz magno constitit nasci deum

Licus Quecuqz vides miseru hoiez scias

Am Quecuqz fortem vides miseru neges

Licus Fortem vocemus cuius exhumeris leo

Donu puelle factus z claua excidit

Fulsitqz pictu ueste sydonia latus

Fortem vocemus cuius horrentes come

Maduere nardo laude q manus notas

Ad no vilez tipani mouit sonum

Mitra ferocem barbara fronte premens

Am Non erubescit bachus effusos tener

Sparsisse crines nec manu molli leuem

Vibrare tyrsum cu paru forti gradu

Auro decoru sirma barbaricu trahit

Post multa virtus opa laxari solet

Licus Hoc euriti fatet euersi domus

Pecorumqz ritu virginu oppssi greges

Hoc nulla iuno no euristeus iubet

Ipius hec sunt opa

Am Non nosti omnia

Ipius opus e cestibus fractus suis

Erix et erici iunctus antheus libis

Et qui hospitali cede manantes foci

Bibere iustuz sanguinem buxiridis

Ipius opus vulnei e z ferro obius

Mortez cohapta aut geriones pati

Nec unus una geion victus manu

Eris int istos qui tu nec stupro

Lexere thalamos

Licus Quod ioui hoc regi licet

Ioui dedisti coniugem regi dabis

Et te magistro no nouum hc discet nurus

Etiaz viro pbante meliora sequi

Sin copulari ptinax tedis negat

Vel ex coacta ptuz nobilez feram

Meg Umbre creontis et penates lapdaci

Et nuptiales impii edippode faces

Nuc solita nro fata coniugi date

Nc nc cruente regis egipti nurus

Adeste · multo sanguine infecte manus
Deest una numero danays · explebo nephas

Licus Coniugia pertinax nostra contumax
Regem q; terres · scept(ra) q(ui)d possint scies
Complecte aras · nullus eripiet deus
Te mi · nec orbe si remolito queat
Ad supera victor numina alcides vehi
Congerite silvas templa supplicibus suis
Iniecta flagrent coniugem et totum gregem
Consumat unus igne subiecto locus rogus

Am Hoc munus a te genitor alcide peto
Rogare quod me deceat ut primus cadam

Licus Qui morte cunctos luere supplicium iubet
Nescit tirannus esse · diversa irroga
Miserum veta perire · felicem iube
Ego dum cremandis trabibus accrescit rogus
Sacro regentem maria votivo rogem

Am Proh numinum vis summa ora celestium
Rector parensque cuius excussis tremunt
Humana telis ipsa impia regis feri
Compesce dextram · quid deos frustra precor
Ubicumque es audi nate cur subito labant
Agitata motu templa · cur mugit solum
Infernus ymo sonuit e fundo fragor
Audimur en est sonitus herculei gradus

Chorus O fortuna viris semper invida fortibus
Quam non equa bonis premia dividis
Heuristeus facili regnet in ocio
Alcmena genitus bella per omnia
Monstris exagitet celiferam manum
Serpentis resecet colla ferocia
Deceptis referat mala sororibus
Cum sompno dederit pervigiles genas
Pomis divitibus prepositus draco
Intravit scithie multivagas domos
Et gentes patriis sedibus hospitas
Calcavit freti terga rigentia
Et mutis tacitum litoribus mare
Illic dura carent equora fluctibus
Et qua plena rates carbasa tenderant
Intonsis teritur semita sarmatis
Stat ponthus vicibus mobilis annuis

I 7

Nave nec fragilis nec equitem pati
Illic que viduis gentibus imperat
Aurato religans ylia baltheo
Detraxit spolium nobile corpori
Et peltam et nivei vincula pectoris
Victorem posito suspiciens genu
Qua spe precipites actus ad inferos
Audax ire vias irremeabiles
Vidisti siculae regna proserpine
Illic nulla notho nulla favonio
Consurgunt tumidis fluctibus equora
Non illic geminum tyndaride genus
Succurrunt timidis sidera navibus
Stat nigro pelagus gurgite languidum
Et cum mors avidis pallida dentibus
Gentes innumeras manibus intulit
Uno tot populi remige transeunt
Evincas utinam iura fere stygis
Parcarumque colos non revocabiles
Hic qui rex populis pluribus imperat
Bello cum peteres nestoream pylon
Tecum conseruit pestiferas manus
Telum tergemina cuspide preferens
Effugit tenui vulnere saucius
Et mortis dominus pertimuit mori
Fatum rumpe manu tristibus et inferis
Prospectus pateat lucis et invius
Limes det faciles ad superos vias
Immites potuit flectere cantibus
Umbrarum dominos et prece supplici
Orpheus euridicen dum repetit suam
Que silvas aves saxa traxerat
Ars que prebuerat fluminibus moras
Ad cuius sonitum constiterant fere
Mulcet non solitis vocibus inferos
Et surdis resonat clarius in locis
Deflent et lacrimis difficiles dei
Et qui fronte nimis tetrica crimina
Querunt ac veteres excutiunt reos
Flentes euridicen iuridici sedent
Tandem mortis ait vincimur arbiter
Evade ad superos lege tamen data

Tu post terga tui perge viri comes
Tu non ante tuam respice coniugem
Quam cum clara deos obtulerit dies
Spartanique aderit ianua tenari
Odit verba amor nec patitur moras
Munus dum properat cernere perdidit
Que vinci potuit regia cantibus
Hec vinci poterit regia viribus

Her

O lucis alme rector et celi decus
Qui alterna curru spacia flammigero abigens
Illustre letis exeris terris caput
Da phebe veniam si quid illicitum tui
Videre vultus iussus in lucem extuli
Secreta mundi tu quoque celestum arbiter
Parensque visus fulmine opposito tege
Et tu secundo maria qui sceptro regis
Ymas pete undas quisquis ex alto aspicit
Terrena facie metuens pollui nova
Aciem reflectat ora que in celum erigat
Portenta fugiens hoc nephas cernant duo
Qui advexit et que iussit in penas meas
Atque in labores non satis terre patent
Iunonis odio vidi inaccessa omnibus
Ignota phebo queque deterior polus
Obscura diro spacia concessit iovi
Et si placerent tertie sortis loca
Regnare potui noctis eterne chaos
Et nocte quiddam gravius et tristes deos
Et fata vici morte contempta redii
Quid restat aliud vidi et ostendi inferos
Da si quid ultra est iam diu pateris manus
Cessare nostras iuno quid vinci iubes
Sed templa quare miles infestus tenet
Limenque sacrum terror armorum obsidet

Am

Utrumne visus vota decipiunt meos
An iste domitor orbis et graium decus
Tristi silentem nubilo liquit domum
Est ne iste natus membra leticia stupet
O nate certa et sera thebarum salus
Verum ne cerno corpus an fallor vana video
Decepto umbra tu ne es agnosco thoros
Humerosque et alto nobilem trunco manum

her Vnde iste genitor squalor / et lugubribus
Amicta coniunx · vnde tam fedo obsiti
Pedore nati · que domum grauat clades

Am Socer est peremptus · regna que possidet lycus
Natos parentem coniugem leto petit

her Ingrata tellus · nemo ad herculee domus
Auxilia uenit · videt hoc tantum nephas
Defensus orbis · cur diem questu tero
Mactetur hostis

The Hanc ferat uirtus notam
Fiatque summus hostis alcide licus
Ad hauriendum sanguinem inimicum feror

her Theseu resiste · ne qua uis subita ingruat
Me bella poscunt · differ amplexus parens
Coniunxque differ · nuntiet diti licus
Me iam redisse

The Flebilem ex oculis fuga
Regina uultum · tu que nato sospite
Lacrimas cadentes reprime · si noui herculem
Licus creonti debitas penas dabit
Lentum est dabit · dat · hoc quoque lentum · dedit ·

Am Votum secundet qui potest nostrum deus
Rebusque lapsis assit · o magni comes
Magnanime nati · pande uirtutum ordinem
Quam longa mestos ducat ad manes uia
Vt vincla tulit dura tartareus canis

The Memorare cogis acta secure quoque
Horrenda menti · uix adhuc certa est fides
Vitalis aure · torpet acies luminum
Hebetesque uisus uix diem insuetum ferunt

Am peruince theseu quicquid alto pectore
Remanet pauoris / ne ue te fructu optimo
Frauda laborum · que fuit durum pati
Meminisse dulce est · fare casus horridos

The Fas omne mundi · te que dominantem precor
Regno capaci · te que quam tota irrita
Quesiuit ethna mater · ut iura abdita
Et operta terris · liceat impune eloqui
Spartana tellus nobile attollit iugum
Densis ubi equor tenarus siluis premit
Hic ora soluit ditis inuisi domus
Hiat que rupes alta · et immenso specu

plangit ingratitudinem populi greci quod non vindicat de lyco iniuriam herculis

concludit

quia pro voragine ethne eduxit pluto currum in quo rapuit proserpinam

Ingens vorago faucibus vastis patet
Latumque pandit omnibus populis iter.
Non ceca tenebris incipit primo via — describit viam et descensum ad infernum
Tenuis relicte a tergo nitor
Fulgorque dubius solis afflicti cadit
Et ludit aciem / tale non dubie solet
Prebere lumen primus aut serus dies.
Hinc ampla vacuis spacia laxantur locis
In que omne mersum pereat humanum genus — quia erat tam lata spatia quod omne genus humanum posset intrare per se
Nec ire labor est: ipsa deducit via.
Ut sepe puppes estus invitas rapit
Sic pronus aer urget atque avidum chaos — urgetur trahit ad se id est urget scilicet deorsum descendere
Gradumque retro flectere haud umquam sinunt
Umbre tenaces. Intus immenso sinu — describit infernum
Placido quieta labitur lethes vado
Demitque curas. neve remeandi amplius
Pateat facultas flexibus multis gravem
Involvit amnem. qualis incerta vagus
Meander unda ludit. et cedit sibi
Instatque dubius. litus an fontem petat.
Palus inertis feda cocyti iacet
Hic vultur. illic luctifer bubo gemit
Omenque triste resonat infauste strigis
Horrent opaca fronde nigrantes come
Taxo imminente. quam tenet segnis sopor — que est arbor venefica
Fames que mesta / tabido rictu iacet
Pudor que serus conscios vultus tegit. — pudor que verecundia post peccatum
Metus pavor que funus / et frendens dolor
Ater que luctus sequitur et morbus tremens
Et cincta ferro bella / in extremo abdita
Iners senectus adiuvat baculo gradum
Am. Est ne aliqua tellus cereris aut bachi ferax
The. Non prata viridi leta facie germinant
Nec adulta leni fluctuat zephyro seges
Non ulla ramos silva pomiferos habet
Sterilis profundi vastitas squalet soli
Et feda tellus torpet eterno situ
Rerum que mestus finis et mundi ultima
Immotus aer heret. et pigro sedet
Nox atra mundo. cuncta merore horrida
Ipsa que morte peior est mortis locus.
Am. Quid ille opaca qui regit sceptro loca

Qua sede positus temperat populos leues

Describit locum plutonis — **The** Est in recessu tartari obscuro locus

Quē grauibus umbris spissa caligo alligat

A fonte discors manat hinc uno latex

Alter quieto similis / hunc iurant dei

Tacente sacram deuehens fluuio stigā

Et hic tumultu rapitur ingenti ferox

Et saxa fluctu / uoluit acheron inuius

Renauigari · cingitur duplici uado

Aduersa ditis regia · atque ingens domus

Umbrante luco tegitur · hic uasto specu

Pendent tirāni limina · hoc umbris iter

Hec porta regni · campus hanc circa iacet

In quo superbo digerit uultu sedens

Animas recentes · dira maiestas deo est

Frons torua · fratrum que tamen specimen gerat

Gentis que tante · uultus est illi iouis

Sed fulminantis · magna pars regni trucis

Est ipse dominus cuius aspectus timet

Quicquid timetur

Am Vera est ne fama inferis

Tam sera reddi iura et oblitos sui

Sceleris nocentes debitas penas dare

Quis iste ueri rector · atque equi arbiter

The Non unus alta sede quesitor sedens

Iudicia trepidis sera sortitur reis

Auditur illo gnosius minos foro

Radamantus isto · thetidis hoc audit socer

Quod quisque fecit patitur · auctorem scelus

Repetit / suoque premitur exemplo nocens

Vidi cruentos carcere includi duces

Et inpotentis terga plebeia manu

Scindi tyranni / quisquis est placidus potens

Dominus que uite / seruat innocuas manus

Et incruentum / imperium regit mitis

Animeque parcit / longa permensus diu

Felicis eui spacia / uel celum petit

Vel leta felix nemoris elisii loca

Iudex futurus / sanguine humano abstine

Quicunque regnas · scelera taxantur modo

Maiori uestra — quia ibi sunt maiores pene quam hic

Am Certus inclusos tenet

Tartarus profunda et una pars inferni ubi nulla est redemptio

Quesitor est iudex vel proposita iudicii

Nocentes puniuntur ibi talibus penis quales intulerant aliis

Impotentes quia ibi fortis est impotens ad resistendum

Dirige sermonem ad reges qui nunc uiuunt

pena luxurie — The
pena superborum
pena auari

Locus nocentes · utque fert fama impios
supplicia uinculis seua perpetuis domant
Rapitur uolucri tortus yxion rota
Ceruice saxum grande sisiphia sedet
In amne medio faucibus siccis senex
Sectatur undas abluit mentum latex
Fidemque cum iam sepe decepto dedit
Perit unda in ore poma destituunt fame
Prebet uolucri tytius eternas dapes
Urnasque frustra danaides plenas ferunt
Errant furentes impie cadmeides
Terretque mensas auida fineas auis
Nunc ede nati nobilem pugnam mei
Patrui uolentis munus an spolium refert
Ferale tardis imminet saxum uadis
Stupente ubi unda segne torpescit fretum
Hunc seruat amnem cultu et aspectu horridus
Pauidosque manes squalidus gestat senex
Impexa pendet barba deformem sinum
Nodus cohercet et caue luget gene
Regit ipse conto portitor longo ratem
Hic onere uacuus littori puppim applicans
Repetebat undas · poscit alcides uiam
Cedente turba · dirus exclamat caron
Quo pergis audax · siste properantem gradum
Non passus ullas natus alcmena moras
Ipso coactum nauitam conto domat
Scanditque puppem · cymba populorum capax
Succubuit uni · sedet et grauior ratis
Utrimque lethen latere titubante bibit
Tunc uasta trepidant monstra centauri truces
Laphiteque multo bella succensi mero
Stigie paludis ultimos querens sinus
Fecunda mergit capita lerneus labor
Post hec auari ditis apparet domus
Hic seuus umbras territat stigius canis
Qui trina uasto capita concutiens sono
Regnum tuetur · sordidum tabo caput
Lambunt colubre · uiperis horret iube
Longusque torta sibilat cauda draco
Par ira forme · sensit ut motus pedum
Attollit hirtas angue uibrato comas

Laphite et laphiteo gentes thesalie ... monte alaphita filio appollinis dicte ... in ebriati essent uolenta quadam laphita rape ... sponsam ... gravissima pugna inter laphitas et centauros

Sisiphus fuit depredator ... interficiebat homines et in saxo ... tabat ...
Tantalus fecit ... dijs et posuit pelonem filium ad comedendum ...
Tytius latona ...
Arpye fuerunt ...

Ixion cum uoluit ... iunone ...

Danaides interfecerunt filios ... et sunt pene ... quod ferunt ydrias plenas ...
pena phinei
pena raptoris
Am — The
quod canem cerberum aduxerit ... plutone ...
Narrat quomodo ... caronem ...

Cum pirithous filius ysionis duxisset uxorem ... laphitas ... centauros ...

Mittitque captat aure subiecta sonum
Sentire et umbras solitus ut propior stetit
Ioue natus antro sedit incertus canis
Et uterque timuit. ecce latratu graui
Loca muta terret sibilat totos minax
Serpens per armos uocis horrendeque fragor
Per ora missus terna felices quoque exterret umbras
Soluit a leua ferox tunc ipse rictus et cleoneum caput
Opponit ac se tegmine ingenti clipeus
Victa magnum dextera robur gerens
Huc nunc et illuc uerbere assiduo rotat
Et geminat ictus domitus infregit minas
Et cuncta lapsus capita submisit canis
Antroque toto cessit extimuit sedens
Vterque solio dominus et duci iubet
Me quoque petente munus alcide dedit
Tunc grauia monstri colla permulcens manu
Adamante texto uincit et oblitus sui
Custos opaci peruigil regni canis
Componit aures timidus et patiens trahi
Herumque fassus ore submisso obsequens
Vtrumque cauda pulsat anguifera latus
Postquam est ad oras tenari uentum et nitor
Percussit oculos lucis ignote nouos
Resumit animos uictus et uastas furens
Quassat cathenas pene uictorem abstulit
Pronum quoque retro uexit et mouit gradu
Tunc et meas respexit alcides manus
Geminis uterque uiribus tractum canem
Ira furentem et bella temptantem irrita
Intulimus orbi uidit ut clarum ethera
Et pura nitidi spatia conspexit poli
Oborta nox est lumina in terram dedit
Compressit oculos et diem inuisum expulit
Aciemque retro flexit atque omni petit
Ceruice terram tunc sub herculea caput
Abscondit umbra densa sed leto uenit
Clamore turba frontibus laurum gerens
Magnique meritas herculis laudes canit

Chorus

Natus euristeus properante partu
Iusserat mundi penetrare fundum
Deerat hoc solum numero laborum

Tercie regem spoliare sortis
Pronus est cecos additus ad ire
Ducit ad manes via qua remotos
Tristis et silva metuenda nigra
Sed frequens magna comitante turba
Quantus incedit populus per urbes
Ad novi ludos avidus theatri
Qualis Eleum ruit ad tonantem
Quinta cum sacrum revocavit estas
Quanta cum longe redit hora noctis
Crescere et sompnos cupiens quietos
Libra phebeos tenet equa currus
Turba secretam cererem frequentat
Et citi tectis properant relictis
Attici noctem celebrare miste
Tanta per campos agitur silentes
Turba pars tarda graditur senecta
Tristis et longa saciata vita
Pars adhuc currit melioris evi
Virgines nondum thalamis iugate
Et comis nondum positis ephebi
Matris et nomen modo doctus infans
His datum solis minus ut timerent
Igne prelato relevare noctem
Ceteri vadunt per opaca tristes
Qualis est nobis animus remota
Luce cum mestus sibi quisque sensit
Obrutum tota caput esse terra
Stat chaos densum tenebreque turpes
Et color noctis malus ac silentis
Ocium mundi vacueque nubes
Sera nos illo referat senectus
Nemo ad id sero venit unde numquam
Cum semel venit potuit reverti
Quid iuvat durum properare fatum
Omnis hec magnis vaga turba terris
Ibit ad manes facietque inerti
Vela cocito crescit omne
Et quod occasus videt et quod ortus
Parce venturis tibi mors paramur
Sis licet segnis properamus ipsi
Prima que vitam dedit hora carpsit

Tebis leta dies adest
Aras tangite suplices
Pingues cedite uictimas
Permixte maribus nurus
Solepnes agitent choros
Cessent deposito iugo
Arui fertilis incole
Pax est herculea manu
Auroram inter et hesperum
Et qua sol medium tenens
Vmbras corporibus negat
Quodcumque abluitur solum
Longo thetios ambitu
Alcide domuit labor
Transuectus uada tartari
Pacatis redit inferis
Iam nullus superest timor
Nil ultra iacet inferos
Stantes sacrificus comas
Dilecta tege populo
Vltrice dextra fusus aduersam lycus
Terram cecidit ore. tunc quisquis comes
Fuerat tyrannum iacuit et pene comes
Nunc sacra patri uictor et superis feram
Cesisque meritas uictimis aras colam
Te te laborum socia et adiutrix precor
Belligera pallas cuius in leua ciet
Egis feroces ore saxifico minas
Adsit ligurgi domitor et rubri maris
Tectam uirenti cuspidem tyrso gerens
Geminumque numen phebus et phebi soror
Soror sagittis aptior. et phebus lire
Frater quicumque incolit celum meus
Non ex nouerca frater. huc appulite
Greges opimos quidquid yndorum seges
Arabesque odoris quidquid arboribus legunt
Conferte in aras. pinguis exundet uapor
Populea nostras arbor exornet comas
Te ramus olee gentili tegat fronde
Theseu. tonantem nostra adorabit manus
The Tu conditores urbis et siluestria
Trucis antra zethi nobiles dyrces aquas

Lare quoque regis aduene tyrium colis

her Date thura flammis

Am Nate manantes prius
Manus cruenta cede et hostili expia

her Utinam cruorem capitis inuisi deis
Libare possem. gratior nullus liquor
Tinxisset aras. victima haud ulla amplior
Potest magisque opima mactari ioui
Quam rex iniquus

Am Finiat genitor tuos
Optata labores. detur aliquando ocium
Quiesque fessis

her Ipse concipiam preces
Ioue meque dignas. Stet suo celum loco
Tellusque et ether. astra inoffensos agant
Eterna cursus. alta pax gentes alat
Ferrum omne teneat ruris innocui labor
Ensesque lateant. nulla tempestas fretum
Violenta turbet. nullus irato ioue
Exiliat ignis. nullus hyberna niue
Nutritus agros amnis euersos trahat
Uenena cessent. nulla nocituro grauis
Succo tumescat herba. non seui ac truces
Regnent tyranni. si quid est nunc scelus est
Latura tellus properet. et si quid parat
Monstrum meum sit. Sed quid hoc. medium diem
Cinxere tenebre. phebus obscuro meat
Sine nube vultu. quis diem retro fugat
Agitque in ortus. unde nox atrum caput
Ignota profert. unde tot stelle polum
Implent diurne. primus en noster labor
Celi refulget parte non minima leo
Iraque totus feruet et morsus parat
Iam rapiet aliquod sidus. ingenti minax
Stat ore et ignes efflat et rutilat iubam
Ceruice iactans. quicquid autumpnus grauis
Hyempsque gelido frigida spacio refert
Uno impetu transiliet. et verni petet
Frangetque tauri colla

Am Quod subitum hoc malum est. quo agitat huc et illuc
Quo nate vultus huc et illuc acres refers

Ac ne qz falsum turbida celu vides
her — Per domita tellus · tumida cesserūt freta
Inferna nr̄os regna sensere ipetus
In mune celū · dignus alcide labor
In alta mūdi spacia sublimis ferar
Petatur ether · astra promittit pater
Qd si negaret · nō capit terra herculem
Tandēqz superis reddit · en ultro vocat
Omnis deorū cetus · et laxat fores
Una vetante · recipis · et reseras polum
An cōtumacis ianuā mūdi traho
Dubitat etiaz vicla saturno exuam
Contra qz prīs impii regnū ipotens
Auū resoluaz · bella tytanes parent
Me duce furētes · saxa cū siluis feraz
Rapiaz qz dextera plena centauris iuga
Iam mōte gemīo limitē adsupos agaz
Videat sub ossa pelion chyron suum
In celū olympus tercīo positus gradu
Perueniet aut mittetur ·
Am — Infandos procul auerte sensus
Pectoris sani parum
Magni tn̄ compesce demētez ipetū
her — Qd hoc gigantes arma pestifera mouent
Profugit umbras Tityus · ac lacerū gerēs
Et inane pectus q̄ prope ac celo stetit
Labat citeron · alta pallene tremit
Mercēt qz tempe · rapuit hic pindi iuga
Hic rapuit ethen · seuit horrendū minas
Flammifera herinis uerbere excusso sonat
Rogisqz adustas propius ac propius sudes
In ora tendit · seva thesiphone caput
Serpentibus uallata post raptū canem
Portam uacantez clausit opposita face
Sz ecce ples regis inimici latet
Lici nefandū semen · inuiso patri
Hec dextra iaz uos reddet · excuciat leues
Neruus sagittas tela sic mitti decet
Herculea
Am — Quo se cecus īpegit furor
Vastū coactis flexit arcū cornibus
Pharetraz qz soluit · stridit emissa ipetu

Arundo. medio spiculum collo fugit (vel fugit / transit)
Vulnere relicto

hec pot quod interficiat alium filium qui d. istum filium perdidit saluet alium s. pt

her Ceteram prolem eruat
Omnis latebras. quid moror. maius mihi (her.)

s. cum hominibus illis qui fuit de gente micena

Bellum micenis restat. ut cyclopea (quia ciclopes dicuntur edificasse civitatem illam)
Euersa manibus nostris saxa concidant
Huc eat et illuc aula disiecto obice
Rumpat postes columen impulsum labet (cadat)

adtenam cadat

Procumbat omnis regia. hic video abditum
Natum scelesti patris

Am En blandus manus o her.

describit mortem secundi filii et primo testatur herculem remolui ad patiendum 2° describit interfectionem pueri

Ad genua tendens voce miseranda rogat
Scelus nefandum triste et aspectu horridum
Dextram precantem rapuit et circa furens (her.)
sex Bis ter rotatum misit. ac illi caput
Sonuit. cerebro tecta disperso madent

3° quod coniux herc cum tercio nato voluit fugere

At misera paruum protegens natum sinu
Megera furenti similis e latebris fugit
Licet tonantis profuga condaris sinu
Petet undecumque temet hec dextra et referet

2° eam consulendo reuocat

Quo misera pergis. quam fugam aut tenebras petis
Nullus est salutis hercule infesto locus
Amplectere ipsum potius et blanda prece
Lenire tenta (eo quod non est aliud remedium)

Me Parce iam coniux precor

hec quod occidit 3m filium et primo inducit megera mater petens consilio socii ipsarum reuocamus

Agnosce megeram. natus hic vultus tuos
Habitum reddit. cerne ut tendat manus

2° her. her Teneo nouercam. sequere da penas in (hanc ...)
Iugo quod pressum libera turpi iouem
Sed ante matrem paruulum hoc monstrum auferam

3° me. herculem tenens furiosum et uolentem interficere puerum quem manu gestabat 4° amphi. mortem 3i filii describens

Me Quo tendis amens sanguinem fundes tuum (filium ... tui sanguinis)
Am Pauefactus infans igneo uultu patris
Perit ante vulnus. spiritum rapuit puer

s. post mortem coniugis

In coniugem nunc claua librat grauis
Perfregit ossa. corpori et trunco caput (congregatum caput non videbatur)
Abest. nec usquam est. cernere hec audes nimis
Viuax senectus. si piget luctus habes

quia te ipsum potes in mortem agere herculem ... stipitis in flebilem crudelitate

Mortem paratam. pectus in tela indue
Vel stipitem istum cede monstrorum illitum

et aspera tali

Conuerte. falsum ac nomini turpem tuo
Remoue parentem. ne tue laudi obstrepat (quia tale filium ...)

inducit theseus uolentem adire filium ut compesceret eum a furiosis actibus reuocans

The Quo te ipse genitor obuium morti ingeris (dum vadis cum ad compescendum)

Quo pergis amens · profuge et obiectu late
Vnum quidem manibus aufer herculeis scelus

Her Bene habet · pudendi regis excisa est domus
Tibi hunc dicatum maximi coniux Iouis
Gregem cecidi · vota persolui libens
Te digna · argos victimas alias dabit

Am Non dum litasti nate · consumma sacrum
Stat ecce ad aras hostia · expectat manum
Ceruice prona · prebeo · occurro · insequor
Macta · quid hoc est · errat acies luminum
Visus quod meror hebetat · an video herculis
Manus trementes · vultus in sompnum cadit
Et fessa ceruix capite submisso labat
Flexo genu iam totus ad terram ruit
Ut cesa siluis ornus · aut portus mari
Datura moles · viuis · an leto dedit
Idem tuos qui misit ad mortem furor
Sopor est · reciprocos spiritus motus agit
Detur quieti tempus · ut sompno grauis
Vis victa morbi pectus oppressum leuet
Remouete famuli tela · ne repetat furens

Chorus Lugeat ether · magnusque parens
Etheris alti · tellusque ferax
Et vaga ponti mobilis unda
Tuque ante omnes qui per terras
Tractusque maris fundis radios
Noctemque fugas ore decoro
Feruide titan · obitus pariter
Tecum alcides uidet et ortus
Nouitque tuas utrasque domos
Soluite tantis animum monstris
Soluite superi rectam in melius
Flecti mentem tuque o domitor
Sompne malorum requies animi
Pars et humane melior uite
Volucer matris genus astree
Frater dure languide mortis
Veris miscens falsa · futuri
Certus et idem pessimus autor
Pater o rex portus uite
Lucis que quies noctisque comes
Qui par regi famuloque venis

Metro pindaico dimetro anapestico

Placidus fessum lenisque foue
Pauidum leti genus humanum
Cogis longam discere mortem
Preme deuictum torpore graui
Sopor indomitos alliget artus
Nec torua prius pectora linquat
Quam mens repetat pristina cursum
En fusus humi seua feroci
Corde uolutat somnia. nondum est
Tanti pestis superata mali
Claueque grauis lassum solitus
Mandare caput. querit inania
Pondera dextra. motu iactans
Brachia uano. nec adhuc omnes
Expulit estus. sed ut ingenti
Uexata notho seruat longos
Unda tumultus et iam uento
Cessante tumet. pelle insanos fluctus animi
Redeat pietas uirtusque uiro. uel sit potius
Mens uesano concita motu
Error cecus qua cepit eat
Solus te iam prestare potest
Furor insontem. proxima puris
Sors est manibus nescire nephas
Nunc herculeis percussa sonent
Pectora palmis. mundum solitos
Ferre lacertos uerbera pulsent
Icti manu. gemitus uastos
Audiat ether. audiat atri
Regina poli. uastisque ferox
Qui colla gerit uincta cathenis
Imo latitans cerberus antro
Resonet mesto clamore chaos
Latique patens unda profundi
Et qui melius tua tela tamen
Senserat ether
Pectora tantis obsessa malis
Non sunt ictu ferienda leui
Uno planctu tria regna sonent
Et tu collo decus ac telum
Suspensa diu fortis arundo
Pharetreque leues date seua fero

Verbera tergo · cedant humeros
Robora fortes · stipes qz potens
Duris honeret pectora nodis
Plangant tantos arma dolores
Non uos patrie laudis comites
Ulti seuo uulnere reges
Non argiua membra palestra
Flectere docti fortes cestu
Fortes qz manu · iam tamen ausi
Telum sithica leue corithi
Missum certa librare manu
Tutosqz fuga figere ceruos
Non dum fere terga iubate
Ite ad stigios umbre portus
Ite innocue quas in primo
Limine uite scelus oppressit
Patriusqz furor ita infaustum
Genus o pueri noti per iter triste laboris
Ite iratos uisite reges

decimum carmen

Her. amph. thes.

Quis hic locus · que regio · que mundi plaga
Ubi sum · sub ortu solis · an sub cardine
Glacialis urse · numquid hesperii maris
Extrema tellus hunc dat occeano modum
Quas trahimus auras · quod solum fesso subest
Certe redimus · unde prostrata domo
Video cruenta corpora · an non dum exuit
Simulacra mens inferna · post redditus quoque
Oberrat oculos turba feralis meos
Pudet fateri · paueo · nescio quod michi
Nescio quod animus grande presagit malum
Ubi est parens · ubi illa natorum grege
Animosa coniux · cur latus leuum uacat
Spolio leonis · quonam abit tegimen meum
Idem qz sompno mollis herculeo thorus
Ubi tela ubi arcus · arma quis uiuo michi
Detrahere potuit · spolia quis tanta abstulit
Ipsum qz quis non sompnum herculis horruit
Libet meum uidere uictorem libet
Exurge uictor · quem nouum celo pater
Genuit relicto · cuius in fetu stetit
Nox longior quam nostra · quod cerno nephas
Nati cruenta cede confecti iacent

Scribitur metro iambico Archiloco

Prerepta quis? quis lacu regnum optinet — quia dicit mundum quod resurrexit
Quis tanta thebis scelera moliri ausus est
Hercule reuerso · quisquis ysmeni loca — ysmenus fluuius
Actea quisquis arua / quam gemino mari
Pulsata pelopis regna dardanii colis
Succurre · seue cladis auctorem indica
Ruat ira tomis · hostis est quisquis michi
Non mostras hostem? victor alcide lates — hostem qui latentis ad pugnam prouocat
Procede · seu tu uindices currus truces
Tracis cruenti · siue gerionis pecus
Libie ue dominos · nulla pugnandi mora est
En nudus asto · uel meis armis licet
Petas inermem · cur meos theseus fugit
Pater que uultus · ora cur abscondit sua
Differte fletus · quis meos dedit neci

Omnes simul / profare · quid genitor siles
At tu ede theseu · sed tua theseu fide
Uterque tacitus ora pudibunda obtegit
Furtimque lacrimas fundit · in tantis malis
Quid est pudendum · numquid argiue potens
Dominator urbis · numquid infestum michi
Percuntes agmen clade nos tanta obruit — ut sic debeatis flere
Per te meorum facinorum laudem precor
Genitor que tui nominis semper mi
Numen secundum · fare quis domum fudit
Cui preda iacui

Am — Tacita sic abeant mala
Her — Ut inultus ego sim
Am — Sepe vindicta obfuit
Her — Quisquamne segnis tanta tollerauit mala
Am — Maiora quisque timuit
Her — His etiam pater
Quicquam timeri maius aut grauius potest
Am — Cladis ne pars ista quam nosti quota est
Her — Miserere genitor · supplices tendo manus
Quid hoc manus refugit · hic errat scelus
Unde hic cruor · quid illa puerili madens
Arundo leto tincta lernea nece
Iam tela uideo nostra · non quero manum
Quis potuit arcum flectere · aut que dextra
Sinuare neruum uix recedentem mi
Ad uos reuertor genitor · hoc nostrum est scelus

Diomedes rex tracie qui pascit equos carnibus humanis interfectus fuit ab hercule et datus pro pabulo equis suis

Auctorem necis inquirit primo a patre

Hic admiratur patrem ut indicet mortem cladis et subdit breue dyalogum inter patrem et herculem ibi tacita

Amphitrio respondet

Miserere her. se reum cladis nosse et intelligere incipit et primo genitori suo ut indicet auctorem cladis humiliat dicens genitor miserere

Amphi et the — Taciere nimium scelus

Am — Luctus est istic tuus — hic amphi attenuat scelus excusando her.

Crimen novercae. casus hic culpa caret

her — Nunc parte ab omni genitor iratus tona

Oblite nostri, vindica sera manu

Saltem nepotes stelliger mundus sonet

Flammasque hic et illic iaculetur polus

Rupes ligatum caspie corpus trahant

Atque ales avida. cur promothei vacat

Scopuli. paretur vertice immenso feras

Volucresque pascens caucasi abruptum latus

Nudumque silvis. illa que pontum sciten

Symplegas artat hinc et illic vinctas manus

Distendat alto. cumque revocata vice

In se coibunt, saxaque in celum exprimet

Actis utrimque rupibus medium mare

Ego inquieta montium iaceam mora

Quin structum acervans nemore congesto aggerem

Cruore corpus impio sparsum cremo — Sic sic agendum est inferis reddam herculem

Am — Nondum tumultu pectus attonitum caret

Mutat iras. quodque habet proprium furor

In se ipsum sevit

her — Dira furiarum loca

Et inferorum carcer et sonti plaga

Decreta turbe et si quod exilium latet

Ulterius herebo cerbero ignotum et mihi

Huc me abde tellus. tartari ad finem ultimi

Mansurus ibo. pectus omnium ferum

Quis vos per omnem liberi sparsos domum

Deflere digne poterit. hic durus malis

Lacrimare vultus nescit. huc ensem date — date huc sagittas stipitem huc vastum date

Tibi tela frangam nostra. tibi nostros puer

Rumpemus arcus. at tuis stipes gravis

Ardebit umbris. ipsa lerneis frequens

Pharetra telis in tuos ibit rogos

Dent arma penas. vos quoque infaustas meis

Cremabo telis o novercales manus — Exclamatio absoluta ad idem execrando in impias manus iunonis

The. — Quis nomen usquam sceleris errori addidit

her — Sepe error ingens sceleris obtinuit locum

The. — Nunc hercule opus est. perfer hanc molem mali

her — Non sic furore cessit extinctus pudor

Populos ut omnes impio aspectu fugem — fugare

Arma arma theseu flagito propere mihi
Subtracta reddi. sana si mens est mihi
Referte manibus tela. si manet furor
Pater recede mortis inveniam viam

hic suadet ut se non interficiat — **Am** Per sancta generis sacra per ius nominis
Utrumque nostri. sive me altorem vocas
Seu tu parentem. perque venerandos piis
Canos senecte parce deserte precor
Annisque fesse. unicum lapse domus
Firmamen unum lumen afflicto malis
Temet reserva. nullus ex te contigit
Fructus laborum. semper aut dubium mare
Aut monstra timui. quisquis in toto furit
Rex sevus orbe manibus aut aris nocens
A me timetur. semper absentis pater

hic deffendit propositum suum — **her** Fructum tui tactumque et aspectum peto
Cur animam in ista luce detineam amplius
Moreque nil est. cuncta iam amisi bona
Mentem arma famam coniugem natos manus
Etiam furorem. nemo polluto queat
Animo mederi. morte sanandum est scelus

The Perimes parentem
her Facere ne possim occidam
The Genitore coram
her Cernere hunc docui nephas
The Memoranda potius omnibus facta intuens
Unius a te criminis veniam peto
her Veniam dabit sibi ipse qui nulli dedit
Laudanda feci iussus hoc unum meum est
Succurre genitor. sive te pietas movet
Seu triste fatum sive violatum decus
Virtutis effer arma. vincatur mea
Fortuna dextra
The Sunt quidem patrie preces
Satis efficaces. sed tamen nostro quoque
Movere fletu. surge et adversa impetu
Perfringe solito. nunc tuum nulli imparem
Animum malo resume. nunc magna tibi
Virtute agendum est. herculem irasci veta

hic ostendit quod hercules arma obtinuerat et peiora committit facere nisi anima sibi redderent[?] — **her** Si vivo feci scelera. si morior tuli
Purgare terras propero // ferum
Iam dudum in monstrum [illegible] sevumque et immite ac
impium

Oberat agendū dextra conare agredi
Ingens labore bis seno amplius
Ignaue cessas fortis ī pueros modo
Pauidos q̄ matres · arma n̄ dent̄ m̄
Aut om̄e pyndi tracis exscīdam nemus
Bachi q̄ lucos · ⁊ cytheronis iuga
Mecū cremabo · tota cū domibꝯ suis
Dominis q̄ tecta · cū deis tēpla oībus
Tebana · supra corpus excipiam meū
Atq̄ urbe uersa condar · ⁊ si fortibus
Leue pōdus humeris media ī missa īcadāt
Septē q̄ opertus nō satis portis premar
Honus om̄e media pte q° mūdꝯ sedet
Dirimat q̄ superos ī meū ūtam caput
Redde arma

Am. Vox ē digna genitore herculis ·
Her. En peremtus spiculo decidit puer
Hoc iuno telū manibꝯ emisit tuis
Her. Hoc nūc utar ego
Am. Ecce q̄ miserū metu
Cor palpitat · corpꝯ q̄ sollicitū ferit
Aptata arūdo ē · ecce iā facies scelus
Volens sciens q̄ · pande q̄d fieri iubes
Nil rogamꝯ · m̄ ī tuto est dolor ·
Natū potes seruare tu solꝯ m̄ theseu
Ipē ego n̄c dū maximū euasi metū
Mihi ūl haud me potes facē · felicē potes
Am. Sic statue q̄cq̄d statuis ut causā tuam
Famā q̄ stare ī arto ⁊ ancipiti scias
Aut uiuis aut occidis · hanc aīam leuem
Fessam q̄ senio n̄c minꝯ quassam malis
In ore p̄mo teneo · tam tarde patri
Vitam dat aliq̄s · nō feram ultꝯ mora
Letale ferra pectus ī pressum mouam
Hic hic iacebit herculis sani scelus
Her. Iam pce genitor · pce iam reuoca manū
Succūbe uirtus · pfer ip̄ū patris
Her. Eat ad labores hic quoq̄ herculeus labor
Viuamꝯ · artus allena afflictos solo
Theseu pentis · dextra q̄tactus pios
Scelāta refugit
Am. Hanc ego manū āplector libens

Hac iuxus ibo · pectori hanc ego admoueas
Pellaz dolores
her Que locu pfugus petam
Ubi me recondaz · qua me tellure obruam
Quis thanays · aut quis nylus · aut quis pusta
Violentus unda tigris · aut renus ferox
Tagho ne ybera turbidg gaza fluens
Abluere dexteram potit · arthouz licet
Meotis Ime gelida trasfundat mare
Et tota tetis pmeas currat manus
Herebit altu facing · Iquas ipius
Terras recedes · ortu an occasu petes
Ubi quod notus pdidi exilio locum
Me refugit orbis · astra trasuersos agunt
Obliqua cursus · ipse titan cerberum
Meliori vultu uidit o fidum capud
Theseu latebraz que longinqua abditam
Quicq sep scelis aliem arbit
Amas nocetes · graz meritis refer
Vicem quod meis · redde me Iferus precor
Umbris reductu · meq subiectu tuis
Restitue uiclis · iste me absodet locus
Sz et ille nouit
The Ira te tellus manet
Illic solutaz cede gladiuys manu
Restituet armis · ista te alade uocat
Facere Inocetes tra que supos solet

Secunda tragedia e de Atreo et Thieste
Seu pargumeto pmittendu e · quod
Atreus et Thiestes erat fres Thiestes
aut comisit adulteriu cu uxore atrei · pp
quod atreus Iodio uehemi exarsit · et non
sufficit ei quod occupato regno frez egit
Iexiliu Sz uoles meuz crudelis deseuire
finxit se uelle ei reconciliari Et acceptis
abeo filiis quos hnit obsides dedit pu
~~ad comededu~~ partitus e regnu cu eo que
postea uocauit adquiuiu et Iterfectis fi
liis quos hnit obsides dedit pu adcome
dendu qmisces cruore eoz cu uino quod
dedit ei bibere Sup quo scele Indignatus
sol affugit et Stelle absconderut finito

omnibus presentauit patri capita filiorum
nuncians ei quod residuam partem comederat
dicens quod petis intus habes et cetera patet materia huius tragedie

Tantalus

Quis me furor nunc sede ab infausta / extrahit
Auido fugaces ore captantem cibos
Quis male deorum tantalo uiuas domos
Ostendit iterum · peius inuentum est siti
Arente in undis aliquid et peius fame / absistit
Hiante semper · sisiphi numquid lapis
Gestandus humeris lubricus uenit meis
Aut membra celeri differens cursu rota
Aut pena titii semper accrescens iecur
Vulneribus atras pascat effossis aues
Et nocte reparans quicquid amisit die
Plenum recenti pabulum monstro iacet
In quod malum transcribor · o quisquis noua
Supplicia functis durus umbrarum arbiter
Disponis / adde si quid ad penam potes
Quod ipse custos carceris diri horreat
Quod mestus acheron paueat · ad cuius metum
Nos quoque tremamus · quere iam nostra subit
E stirpe turba que suum uincat genus
Ac me innocentem faciat · et inausa audeat
Regione quicquid impie cessat loci
Complebo · numquam stante pelopeia domo
Minos uacabit

(Megera)

Perge detestabilis
Vmbra · et penates impios furiis age
Certetur omni scelere · et alterna uice
Stringantur enses · ne sit irarum modus
Pudor ne · mentes cecus instiget furor
Rabies parentum duret · et longum nephas
Eat in nepotes · nec uacet cuiquam uetus
Odisse crimen semper oriatur nouum
Nec unum in uno · dumque punitur scelus
Crescat superbis fratribus regna excidant
Repetantque profugos dubia uiolente domus
Fortuna · reges inter incertos labet
Miser ex potente fiat et ex misero potens
Fluctuque regnum casus assiduo ferat
Ob scelera pulsi cum dabit patriam deus

Hic continet primus actus 2e tragedie in quo continetur incitatio megere quomodo tantalum ut ueniat in mundo admonitandum thiesti et atrei suos nepotes ad occisionem faciendam
Legitur de odiis attenso mut fratres et plangeris adstensum suum de inferno
Iuppiter genuit tantalum tantalus pelopem quem dedit diis pelopes atreum et thiestem atreus agamenonem et menelaum duos mecenarum
facit me ire in uiuos

Sisiphus fuit quidam grecus qui decepit iouem de egyna filia esopi · ideo dicitur arcere saxa ad montem in inferno

et quasi dubitaret quid sit eo peius dicit quasi dicat de preteris fonte ad penam huius sisifi

Ysion uoluit gaudere cum iunone ideo semper uoluitur in inferno rota

Titius gigas uoluit stuprare latonam matrem appollinis et ideo dampnatus est tali pena

recenti · i · recreati famescenti

quasi dicat fiant in presentia adsuperos ascendam ad concitandum odia istorum qui sunt de stirpe mea

thiestes / est quidam fluuius in inferno in quo puniuntur nocentes

i · ut magna scelitate eorum ego reputer innocens

nullos de stirpe mea

Megera

ducat megera ipsum tantalo ut adsuperos ascendat et suorum odia concitat unde dicit odetestabilis

quasi dicat ita irascatur ut non pudeat ipsos facere que sunt scelera

parentum · i · filiorum cadmi qui agebant furiis et furendo filios suos interfecerunt

quasi dicat tam magna scelera agant nepotes tui que offensent tui

quasi dicat Regna spectent adprofugos et non pellat unus et non alter de regno et qui nunc profugus est regnet postea et qui regnat nunc postea fiat profugus

In scelera redeant. sitque tam invisi omnibus
Qua sibi. nichil sit ira quod vetitum putet
Fratrem expavescat frater et natum parens
Natusque patrem liberi pereant male
Peius tamen nascantur. immineat viro
Infesta coniux. bella trans pontum vehant
Effusus omnis irriget terras cruor
Supraque magnos gentium exultet duces
Libido victrix. impia stuprum in domo
Levissimum sit fratris et fas et fides
Iusque omne pereat. nec sit a vestris malis
Immune celum. cum micant stelle polo
Flammeque servant debitum mundo decus
Nox atra fiat. excidat celo dies
Misce penates. odia. cedes. funera
Accerse et imple scelere tantaleam domum
Ornetur altum culmen et lauro fores
Lete virescant. dignus adventu tuo
Splendescat ignis. tracium fiat nephas
Maiore numero. dextra cur patrui vacat
Non dum Thyestes liberos deflet suos
Et quando tollet ignibus iam subditis
Spumante aeno membra per partes eant
Discerpta patrios polluat sanguis focos
Epule instruantur. non novi sceleris tibi
Conviva venies. liberum dedimus diem
Tuamque ad istas solvimus mensas famem
Ieiunia exple. mixtus in bacchum cruor
Spectante te potetur. inveni dapes
Quas ipse fugies. siste. quo preceps ruis
Tan. Ad stagna et amnes et recedentes aquas
Labrisque ab ipsis arboris plene fugas
Abire in atrum carceris liceat mei
Cubile. liceat si videar parum miser
Mutare ripas alveo medius tuo
Phlegeton relinquar igneo cinctus freto
Quicumque penas lege fatorum datas
Pati iuberis quisquis exeso iaces
Pavidus sub antro quique venturi times
Montis ruinam quisquis avidorum feros
Rictus leonum et dira furiarum agmina
Implicitus horres. quisquis immissas faces

Semiustus abigis · tantali nocez excipe
Properatis annos · credite experto michi
Amate penas · quando continget michi
Effugere superos
Meg. Ante perturba domum
Inferque tecum prelia · et ferri malum
Regibus amorem · concute insano ferum
Pectus tumultu
Tan. Me pati penas decet
Non esse penam · mittor ut dirus uapor
Tellure rupta · uel grauem populis luem
Sparsura pestis · ducam in horrendum nephas
Auus nepotes · magne diuorum parens
Nosterque quamuis pudeat · ingenti licet
Taxata pena lingua crucietur loquax
Nec hec tacebo · moneo ne sacra manus
Violenta cede neue furiali malo
Aspergat aras · stabo · et arcebo scelus
Meg. Quid ora terres uerbere · et tortos feros
Minaris angues · quid famem infixam intimis
Agitas medullis · flagrat incensum siti
Cor et perustis flamma uisceribus micat
Sequor
Meg. Hunc o furorem diuide in totam domum
Sic sic ferantur · et suum infensi inuicem
Sitiant cruorem · sentit introitus tuos
Domus · et nephando tota contactu horruit
Actum est habunde · gradere ad infernos specus
Amnemque notum iam tuo mesti pede
Terre grauantur · cernis ut fontes liquor
Introrsus actus linquat ut ripe uacent
Ventusque raras igneus nubes ferat
Pallescit omnis arbor · et nudus stetit
Fugiente pomo ramus et qui fluctibus
Illinc propinquis ysthmos atque illinc fremit
Vicina gracili diuidens terra uada
Longe remotos latus exaudit sonos
Iam lerna retrocessit · et phoronides
Latuere uene · nec suas profert sacras
Alpheus undas · et cytheronis iuga
Stant parte nulla cana deposita niue
Timent quia ueterem nobiles argi sitim

Cui ipse titan dubitat an iubeat sequi
Cogatque habenis ire periturum diem

Chorus

Argos de superis si quis achaicum
Piseique domos curribus inclitas
Isthmi si quis amat regna corinthii
Et portus geminos et mare dissidens
Si quis taygeti conspicuas nives
Quas cum sarmaticus tempore frigido
Boreas composuit in summis iugis
Estas veliferis solvit ethesiis
Quem tangit gelido flumine lucidus
Alpheus stadio notus olimpico
Advertat placidum numen et arceat
Alterne scelerum ne redeant vices
Nec succedat avo deterior nepos
Et maior placeat culpa minoribus
Tandem lapsa feros exuat impetus
Sicci progenies impia tantali
Peccatum satis est fas valuit nil
Aut commune nephas proditus occidit
Deceptor domini mirtilus et fide
Vectus qua tulerat nobile reddidit
Mutato pelagus nomine notior
Nulla est ioniis fabula navibus
Exceptus gladio parvulus impio
Dum currit patrium natus ad osculum
Inmatura focis victima concidit
Divisusque tua est tantale dextera
Mensas ut strueres hospitibus deis
Hos eterna fames persequitur cibos
Hos eterne sitis nec dapibus feris
Decerni potuit pena decentior
Stat lusus vel vacuo gutture tantalus
Et pendet capiti plurima noxio
Phyneis avibus preda fugacior
Hic illic gravidis frondibus incubat
Et curvata suis fetibus ac tremens
Alludit patulis arbor hiatibus
Nec quamvis avidus nec patiens more
Deceptus totiens tangere negligit
Obliquatque oculos oraque comprimit
Inclusisque famem dentibus alligat

Sed tunc divitias omne nemus suas — vel languidus labijs [illegible]
Demittit propius. poma que desuper insultant folijs
Mitia languidis. accendunt que famem quam iubet irritas
Exercere manus. has ubi protulit
Et falli libuit totus in arduum
Autumpnus rapitur silva que mobilis
Instat deinde sitis non levior fame
Qua cum percaluit sanguis et igneis
Exarsit facibus stat miser obvios
Fluctus ore vocans. quos profugus latex
Avertit sterili deficiens vado
Conantem que sequi deserit. hic bibit — que ablata aqua remanet pulvis siccus ubi tra[illegible] aqua pulvis est
Altum de rapido gurgite pulverem

Chorus atreus
suus conscius

Ignave iners enervis et quod maximum — metro trimetro jambico
Probrum tyranno rebus in summis reor
Inulte post tot scelera post fratris dolos
Fas que omne ruptum questibus vanis agis
Iratus Atreus. fremere iam totum tuis
Debebat armis orbis et geminum mare
Utrimque classes. iam tuis flammis agros
Lucere et urbes decuit ac strictum undique
Micare ferrum. tota sub nostro sonet
Argolica tellus equite. non silve tegant
Hostem. nec altis montium structe iugis
Arces relictis bellicum totus canat
Populus Mycenis. quisquis invisum caput
Tegit ac tuetur clade funesta occidat
Hec ipsa pollens incliti pelopis domus
Ruat vel in me dum modo in fratrem ruat
Age anime fac quod nulla posteritas probet — Nulla posteritas. i. nec in posterum laudet
Sed nulla taceat. aliquod audendum est nephas
Atrox cruentum tale quod frater meus
Suum esse mallet. scelera non ulcisceris
Nisi vincis. et quid esse tam sevum potest
Quod superet illum. numquid abiectus iacet
Numquam secundis patitur in rebus modum
Fessis quietem. novi ego ingenium viri
Indocile flecti non potest. frangi potest
Proinde antequam se firmet aut vires paret
Petatur ultro ne quiescentem petat
Aut perdet aut peribit. in medio est scelus
Positum occupanti

ponit dyalogum inter hunc dissuadentem et atreum eludentem suasionem eius hunc quem dixit quod volebat eum perurgare hunc dissuadet ne fama sua ledatur

Sim9 Fama te populi nil
Adversa terret
Atre9 Maximum hoc regni bonum est
Quod facta domini cogitur populus sui
Quam ferre tam laudare
S(ate)ll(es) Quos cogit metus
Laudare eosdem reddit inimicos metus
At qui favoris gloriam veri petit
Animo magis quam voce laudari volet
Atre9 Laus vera et humili sepe contingit viro
Non nisi potenti falsa quod nolunt velint — vel velle videantur laudando voce vel velit ipsi hunc vel velint ergo quod nolunt ipsi populi

obviendo arguit honestatem regiam
S(ate)ll(es) Rex velit honesta nemo non eadem volet

dein hunc non approbat
Atre9 Ubicumque tantum honesta dominanti licent
Precario regnatur — precarium est quod precibus petentis conceditur ut ... precario

hunc dein confirmans ubi non est pudor i. verecundia peccandi nec cura iuris i. legis sanctitas i. castitas pietas i. clemencia fides i. fiducie promisse instabile i. non durabor i. precaria et non omni tempore et non semper perdurand
S(ate)ll(es) Ubi non est pudor
Nec cura iuris sanctitas pietas fides
Instabile regnum est
Atre9 Sanctitas pietas fides
Privata bona sunt qua iuvat reges eant

obicit specialiter quantum ad fratrem
Sim9 Nephas nocere vel malo fratri puta
Atre9 Fas est in illo quicquid in fratre est nephas

Ad adprobandum eius maliciam describit
Quod enim reliquid crimine intactum aut ubi
Sceleri pepercit coniugem stupro abstulit
Regnumque furto specimen antiquum imperii
Fraude est adeptus fraude turbavit domum

Subdit quod hoc factum sit de clando arietem aureum raptum per thyestem
Est pelopis altis nobile in stabulis pecus
Arcanus aries ductor opulenti gregis — i. secreto loco manens
Huius per omne corpus effusa coma
Dependet auro cuius a tergo novi
Aurata reges sceptra tantalici gerunt
Possessor huius regnat hunc tante domus — i. rex qui debuit possidere huius arietem — i. rector huius arietis debet esse rex sicut hic possessor ... esse papa
Fortuna sequitur tuta seposita sacer — quia cuius fuerit aries regere et rex est domus
In parte carpit prata que claudit lapis
Ferale saxeo pascuum muro tegens
Hunc facinus ingens ausus assumpta in scelus
Consorte nostri perfidus thalami avehit

ex hiis duobus que fecit
Hinc omne cladis mutue fluxit malum
Per regna trepidus exul erravi mea — per hunc expulsi per regna
Pars nulla nostri tuta ab insidiis vacat
Corrupta coniux imperii est quassa fides
Domus egra dubius sanguis est certi nichil — debilitate divisione
Nisi frater hostis quid stupes tandem incipe — Atreus querens a seruo quam sui vindictam exercere debeat thyestem inquirit

quod dubitatur utrum filii sint mei an thyestis

Hic qd sume tantalu et pelopem aspice

Ad hec manus exepla poscuntur mee

Profare diru qua caput macte uia

S'uus Ferro phentus spiritum inimicum expuat

atreus De fine pene loqueris · ego pena uolo

Perimat tirannus lenis · in regno meo

Mors impetratur

S'uus Nulla te pietas mouet

atreus Excede pietas · si mo in nra domo

Unqua fuisti · dira furiaru cohors

Discorsque erinis ueniat · et geminas faces

Megera quatiens · no satis magno meu

Ardet furore pectus · implere iuuat

Maiore monstro

S'uus Qd noui rapidus struis

atreus Nil qd doloris capiat assueti modu

Nullu relinqua facinus · et nullu e satis

S'uus Ferrum

atreus Paru est

S'uus Qd ignis

atreus Etia nu paru e

S'uus Quo ergo telo tantus utetur dolor

atreus Ipso thyeste

S'uus Maius e ira hoc malu

atreus Fateor · tumultus pectora attonitus quatit

Penitusque uoluit · rapior · et nescio quo

Sed rapior · imo mugit e fundo solum

Tonat dies serenus · ac totis domus

Ut fracta tectis crepuit · et moti lares

Uerte uultu · fiat hoc fiat nephas

Qd dii timetis

S'uus Facere qd tande paras

atreus Nescio qd aius maius et solito amplius

Supra que fines moris humani tumet

Instat que pigris manibus · haud qd sit scio

Sed grande quiddam e · ita sit · hoc aie occupa

Dignu e thyeste facinus · et dignu atreo

Uterque faciat · uidit infandas domus

Odrisia mensas · fateor imane e scelus

Sed occupatu maius hoc aliqd dolor

Inueniat aium gnati inspira parens

Soror que · e causa similis · assiste · et manum

Ad h(oc) facinus complendum — Impelle m(en)te(m) · liberos auidus parens
Gaudensq(ue) laceret · et suos artus edat
· tanq(uam) cplacitus i(n) h(oc) que videtur dicit — Bn(e) e(st) habunde e(st) · h(ic) placet pene modus
Vbi plangit dilatam ad h(oc) scelus complendum — Tantisper vbi nam e(st) · ta(m) diu cur i(n)nocens — potest cple scelus intentu(m)
Versatur atreus · tota ia(m) an(te) oc(u)los meos
mixta — Ingesta orbitas filior(um) p(at)ris — Imago cedis errat a(n)i(m)e q(ui)d rursus times — tremis horrore
Et an(te) rem subsidis audendu(m) est age — adeo bonum ostendi · fac q(uod) ordinas
Q(uo)d e(st) i(n) isto p(re)cipuu(m) nephas scelere — q(uia) scelestu(m) e(st) q(uod) aliq(ui)s filios edat h(ic) thi· agit s(ed) q(uod) comedet filios q(uod) e(st) scelestius q(uod) (con)ferre
Hoc ip(s)e faciet
Sat(elles) — S(ed) q(ui)bus captus dolus
N(ost)ros dabit p(er)ductus i(n) laqueos pedes — i(d est) fraudes q(ui)bus volumus depre(n)dere
Atreus — Inimica credit cuncta — Raciet a(tre)us q(uod) t(antum) cupidine regni capi poterit
Non poterat capi — q(uia) t(antum) potest capi cupiditate regni
Nisi capere vellet · reg(na) n(un)c sperat mea — l(ibet) spernat
Hac spe mina(n)ti fulmen occ(ur)ret ioui — q(uod) · vt posset h(abe)re regnu(m) no(n) curaret fulmina iouis — al(ias) fulmine
Hac spe subibit gurgitis tumidi minas — i(d est) pericula aquar(um)
Dubiu(m)q(ue) libice syrtis i(n)trabit fretu(m) — i(d est) exponet se illi (per)iculosissimo p(er)iculo maris
Hac spe q(uo)d e(ss)e maximu(m) retur malu(m) — s(cilicet) ip(s)e q(uo)d esse s(ibi) malu(m) l(ibet) videre fratres
Fratre(m) videbit
Sat(elles) — Q(ui)s fidem pacis dabit — Querit quis dabit ei spem regnandi — i(d est) faciat vt credat posse pacifice venire ad te
Cui tanta credat — s(ed) vt ex(er)ceat spem regni
Atreus — Credula e(st) spes i(m)p(ro)ba
Natis t(ame)n madata q(ue) patruo ferat — Legato q(ue) vult impone(re) filijs vt referant thiesti
Dabimus relictis exul hospicijs vagus
Regno vt miserias mutet atq(ue) argos regat
Ex p(ar)te dn(u)s · si nimis durus p(re)ces
Spernet Thiestes · liberos eius rudes
Malisq(ue) fessos grauibus (et) faciles capi
Prece (com)mouebu(n)t · hic vetus regni furor — q(ue) cupiditate h(abe)t regnandi
Illic egestas tristis hinc durus labor
Sat(elles) — Ia(m) te(m)p(u)s illi fecit erumpnas leues
Q(ua)muis rigente(m) tot malis subiget viru(m)
Atreus — Durus maloru(m) sensus accrescit die
Leue e(st) miserias ferre · p(er)ferre e(st) graue — Sensus i(d est) sensibilitas l(ibet) pax(is) accrescit die q(uia) q(ua)nto diuturnior tanto grauior
Sat(elles) — Alios ministros (con)silij tristis lege — Consulit q(uod) no(n) vtat(ur) filijs in h(oc) scelere ministris
Peiora iuuenes facile p(re)cepta audiu(n)t
In p(at)re faciet q(ui)d(quid) i(n) patruo doces
Sepe i(n) magistru(m) scelera redigeru(n)t sua
Atreus — Vt nemo doceat fraudis (et) sceleris vias
Regnu(m) docebit · ne mali fiant times
Nascu(n)t(ur) · id q(uo)d vocas seuu(m) asperu(m)
Agi q(uo)d dure credis (et) nimiu(m) i(m)pie

Hic rudet consilio huius et p(ro)p(ter) q(uod) famulus dixit q(uod) filij erant boni ad malu(m) faciendu(m) ex doctrina sua docet absq(ue) alterius doctrina et fatali disp(ositi)one regni erunt fraudulenti et mali sic(ut) fuit alias eor(um) de stirpe tantali ...

Fortasse et illic agitur

Ministri Hanc fraudem scient — Consulit ut filius scelus nesciat

Nati parari. tacita tam rudibus fides

Non est in annis. detegent forsan dolos — quia ratione pueritie annorum rudi nesciret tenere secretum hanc fraudem

Atreus Tacere multis discitur uite malis

Ministri Ipsos ne per quos fallere cogitas

Falles

Atreus Ut ipsi crimine et culpa uacent

Quid enim est necesse liberos scelere meo

Inserere. per nos se odia nostra explicent

Male agis. recedis anime. si parcis tuis

Parces et illis. et filius agamenon mei

Sciens minister fiat. et fratris cliens

Menelaus adsit. prolis incerte fides

Ex hoc petatur scelere. si bella abnuent

Et gerere noluit odia si patruum uocat

Pater est eatur. Multa sed trepidus solet

Detegere uultus. magna nolentem quoque — quia secreta audiuit signis corporis uel non luerunt secretarii

Consilia produnt. sed nesciant quante rei

Fiant ministri. nostra tu cepta occule

Haud sum monendus. ista meo in pectore

Fides timor quoque sed magis claudit fides

Tandem regia nobilis — Quartum carmen quod scribitur metro glicon[i]co ...

Antiqua genus inachi

Fratrum composuit minas

Quis uos exagitat furor

Alternis dare sanguinem

Et sceptrum scelere aggredi

Nescitis cupidi arcium

Regnum quo iaceat loco

Regem non faciunt opes

Nec uestis tyrie color

Non frontis nota regie

Non auro nitide trabes

Rex est qui posuit metus

Et diri mala pectoris

Quem non ambitio impotens

Et numquam stabilis fauor

Vulgi precipitis mouet

Non quidquid fodit occidens — populus occidentalis qui dicitur fodere aurum ...

Aut unda tagus aurea

Claro deuehit alueo

Non alto libitis terit
Fervens area messibus
Quem non concutiet cadens
Obliqui uia fulminis
Non eurus rapiens mare
Haud seuo rapidus freto
Ventosi tumor adrie
Quem non lancea militum
Non strictus domuit calibs
Qui tuto positus loco
Infra se uidet omnia
Occurrit que suo libens
Fato nec queritur mori
Reges conueniant licet
Qui sparsos agitant dachos
Qui rubri uada litoris
Et gemmis mare lucidum
Late sanguineum tenent
Aut qui caspia fortibus
Recludunt iuga sarmatis
Certet danubium licet
Audet qui pedes ingredi
Et quocumque loco iacent
Seres uellere nobiles
Mens regnum bona possidet
Nil ullis opus est equis
Nil armis et inertibus
Telis que procul ingerit
Parthus cum simulat fugas
Amotis nil est opus
Urbes sternere machinis
Longe saxa rotantibus
Rex est qui metuit nichil
Hoc regnum sibi quisque dat
Stet quicumque uolet potens
Aule culmine lubrico
Me dulcis saturet quies
Obscuro positus loco
Leni perfruar otio
Nullis nota quiritibus
Etas per tacitum fluat
Sic cum transierint mei

Describit regem ab alia proprietate

Describit regem ab alia proprietate

Seres est opidum orientis apte aglomis inde seneca regio apud quos uermes bombices sericum creant

Excludit ea que non faciunt regem et pro hoc 2o describit regem vim ab alia proprietate Rex

Rex est qui cupiet nichil

Parthia est regio orientis ab indie finibus usque ad mesopotamiam

palacii regalis

dulci

in silencio vel incognite

Nullo cum strepitu dies
plebeius moriar senex.
Illi mors gravis incubat
qui notus nimis omnibus
ignotus moritur sibi. Cor. thy. phy. eius filius

Optata patrie tecta et argolicas opes
miserisque summum ac maximum exulibus bonum
tractum soli natalis et patrios deos
si sunt tamen dii cerno cyclopum sacras
turres labore maius humano decus
celebrata iuveni stadia per que nobilis
palmam paterno non semel curru tuli
occurret argos populus occurret frequens
sed nempe et atreus repete silvestres fugas
saltusque densos potius et mixtam feris
similemque vitam clarus hic regni nitor
fulgore non est quod oculos falso auferat
cum quod datur spectabis et dantem aspice
modo inter illa que putant cuncti aspera
fortis fui letusque nunc contra in metus
revolvor animus heret ac retro cupit
corpus referre moveo nolentem gradum

Phistenes: Pigro quid hoc est genitor incessu stupet
vultumque versat seque in incertum tenet

Thy: Quid anime pendes quidve consilium diu
tam facile torques rebus incertissimis
fratri atque regno credis ac metuis mala
iam victa iam mansueta et erumnas fugis
bene collocatas esse iam miserum iuvat
deflecte gressum dum licet teque eripe

Filius: Que causa cogit genitor a patria gradum
referre visa cur bonis tantis sinum
subducis ira frater abiecta redit
partemque regni reddit et lacere domus
componit artus teque restituit tibi

Thy: Causam timoris ipse quam ignoro exigis
nihil timendum video sed timeo tamen
placet ire pigris membra sed genibus labant
alioque quam quo nitor abductus feror
sic concitatam remige et vento ratem
estus resurgens remige et velo refert

Phy: Evince quidquid obstat et mentem impedit

Reducere quanta premia expectet vide
Thy. Pater potes regnare
Cum possim mori
phy. Summa est potestas
Thy. Nulla si nichil cupias
phy. Natis relinques
Thy. Non capit regnum duos
phy. Miser esse mavult esse qui felix potest
Thy. Michi crede falsis magna nominibus placent
Frustra timentur dura. dum excelsus steti
Numquam pavere destiti. atque ipsum mei
Ferrum timere lateris. O quantum bonum est
Obstare nulli. capere securas dapes
Humi iacentem. scelera non intrant casas
Tutusque mensa capitur angusta cibus
Venenum in auro bibitur. expertus loquor
Malam bone preferre fortunam licet
Non vertice alti montis impositam domum
Et eminentem civitas humilis tremit
Nec fulget altis splendidum tectis ebur
Somnosque non defendit excubitor meos
Non classibus piscamur. et retro mare
Iacta fugamus mole. nec ventrem improbum
Alimus tributo gentium. nullus michi
Ultra getas metitur et parthos ager
Non thure colimur. nec mee excluso
Ioue ornantur are. nulla culminibus meis
Imposita nutat silva. nec fumant manu
Succensa multa stagna. nec sompno dies
Bachoque nox iungenda pervigili datur
Sed non timemur. tuta sine telo domus est
Rebusque parvis alta prestatur quies
Immane regnum est posse sine regno pati
phy. Nec abnuendum si dat imperium deus
Nec appetendum est. frater ut regnes rogat
Thy. Rogat timendum est. errat hic aliquis dolus
phy. Redire pietas unde submota est solet
Reparatque vires iustus amissas amor
Thy. Amat Thyesten frater. ethereas prius
Perfundet arthos ponthus. et siculi rapax
Consistet estus unda. et ionio seges
Matura pelago surget. et lucem dabit

allegat hereditariam successionem

probum arguit

Statum pauperis commendans commendans securitatem et regnum propter metum deplorans

quod toxicant potatione venenum potando pauperes

Comparat bona magne fortune bonis parve

gete i. goti qui prius dicti sunt getuli postea mauri et et numide et ab eius filio ... facio sicut tiranni qui dilatant dominia sua et nichil sicut reges qui se coli faciunt ut deos mittit et tremit

Hoc dicit propter balnea que cum sint magna sicut stagna solebant ... homines artificiose calefacere. Non fumant ... desiderata ... multa manu et multa securitate

Quia prius dixit quod magnum regnum est posse pati sine regno ... consendit ut facilius alliciat

Concepit dolum ...

Non tu operacio tacita ad ... propter tecta aurea et lacus factos in mari ... ut ad libitum possent habere pisces non obstante tempestate marina ... mole scilicet faciendo muros ut possent piscari non obstante tempestate

Innuit picturam que in fastigiis domorum solebat depingi silve et apponere arbores ... in domibus regum ut plantent ... arbores delicate

Sicut solent divites qui de die dormiunt et nocte cum vino vigilant que pestis ad huc in potentibus ...

Respondet ad illud Malam bone ... optare divitias stultitia ...

ponit impossibile ... quam ut frater meus amet me et ponit multa alia

Nox atra terris . ante cū flāmis aque

Cū morte uita . cū mari uenti fidez

Feduſq3 iungent

Phy Quā fraudē tm̄ times

Thy Om̄ez timori quē ne statuā modū

Tantū pt̄ quātum odit

Phy In te quid potest

Thy Pro me nil iā metuo . vos facitis m̄

Atrea timendum

Phy Decipi cautus times

Serū ē cauēdi tpus ī medijs malis

Eatur . vnū genitor h' oztamē est

Thy Ego uos sequor non duco

Phy Respiciat deus

Bene cogitata . pge nō dubio gdu

Thyestes Atreus Plagis tenet' clausa dispositis fera

Et ipm̄ ꝛ una gn̄is inuisi indolem

Iunctam parenti cerno . iaz tuto ī loco

Versant' hodia . uenit ī nr̄as manus

Tandez Thestes uenit et totus quidez

Vix tempero aīum . vix dolor frenos capit

Sic cū feras uestigat ꝛ longo sagax

Loro tenetur umber . ac p̄sso uias

Scrutatur ore dū pcul lento suez

Odore sentit / parat ꝛ tacito locum

Rostro pererrat . preda cū fuit propior

Ceruice tota pugnat ꝛ gemitū uocat

Dn̄m morantez . se q3 retinenti eripit

Cum sperat ira sanguinez nescit tegi

Tn̄ tegatur . aspice ut multo grauis

Squalore uultus obruat mestos coma

Quā feda iaceat barba . p̄statur fides

Fratrez iuuat uidere . cplexus m̄

Redde expetitos . qcq̄d irarū fuit

Transieit . ex h' sangis ac pietas die

Colantur . aīs hodia dāpnata excidāt

Thy Diluere possem cūcta nisi talis fores

S3 fatorū atreu . fateor admisi oīa

Que credidisti . pessimā cām meam

Hodierna pietas facit . est p̄sus nocens

Qcūq3 uisus tam bono frī est nocens

Lacrimis agendū ē . supplicez pm̄s uides

Loquitur sicut de fera insidijs uenatoris capta Metro trimetro Jambico

Habet metro p° primus dialogus

q. s. in tuto hēo eos inquos odia exerceo et possum facere quod uolo

liberat se a loco ubi detinetur et vult se dissoluere

p̄statur fides / secdm plures . plures dant intellectus aliqui enī faciūt ibi finē et dicut esse ūba atrei ut se et cū datur fides . thi uidendo eum sit squalentez barba Alij faciūt punctū an p̄statur et dicūt esse ūba atrei ad thi dicentis tange manū et da in fidem o thyestes

pius ergo me q. tua multa pietas me magis accusat

peccaui commisi et nō specificat pter stuprum

q. nō vindicares eū nocentez ppt bonitatem tuam n̄ essez nocens q. tua bonitate uideor magis eruasse

q. nunq̄ amplius supplicaui n̄ ē

Quanto eni magis pius apparens tanto ego peior sū q. ī tam piū feci delicta

al' intacte Hec manus uicte pedibus te precantur — At intacte quia nunquam tetigerunt pedes aliorum
Ponatur omnis ira et ex animo tumor
Erasus abeat. In obsides fidei accipe
Hos innocentes frater.
Atreus A genibus manus aufer
Meosque potius amplexus pete
Vos quoque senum presidia tot iuuenes meos
Pendentes collo. squalidam uestem exue
Oculisque nostris parce et ornatus cape
Quales mei sunt. letusque fratris imperii
Capesse partem. maior hec laus est mea
Fratri paternum reddere incolumi decus
Habere regnum casus est. uirtus dare
Thy Di paria pretia frater pro tantis tibi
Meritis rependant. regiam capitis notam
Squalor recusat noster et sceptrum manus
Infausta refugit. liceat in media mihi
Latere turba
Atreus Recipit hoc regnum duos
Thy Meum esse credo quicquid est fratris tuum
Atreus Quis influentis dona fortune abnuit
Thy Expertus est quicumque quam facile effluant
Atreus Fratrem potiri gloria ingenti uetas
Thy Tua iam peracta gloria est. restat mea
Respuere certum est regna consilium mihi
Atreus Meam relinquam nisi tuam partem accipis
Thy Accipio et regni nomen impositi feram
Atreus Sed iura et arma seruient mecum tibi
Imposita capiti uincula uenerando gere
Ego destinatas uictimas superis dabo

Chorus Credat hoc quisquam ferus ille et acer
Nec potens mentis truculentusque Atreus
Fratris aspectu stupefactus hesit
Nulla uis maior pietate uera est
Iurgia externis inimica durant
Quos amor uerus tenuit tenebit
Ira cum magnis agitata causis
Gratiam rupit. cecinit quod bellum
Cum leues frenis sonuere turme
Fulsit hinc illinc agitatus ensis
Quem mouet crebro furibundus ictu
Sanguinem Mauors cupiens recentem

Dicit simone ad filios thiestis
Si ne facias ipsos lacrimari quod d. exue tu ne facias me amplius lacrimari de te
Unde tu uincas sit digna laude meito maior est laus mea quia do tibi regni quod fuit patrum decus
accipitur hic pietas pro parte iustitie que debetur parentibus et consanguineis

Opprimit ferrum manibus iunctis
Ducit ad pacem pietas negantes
Ocium tanto subitum tumultu
Quis deus fecit. modo per Micenas
Arma civilis crepuere belli
Pallide matres timuere natos
Uxor armato timuit marito
Cum manum invitus sequeretur ensis
Sordidus pacis vitio quiete
Ille labentes renovare muros
Hic situ quassas stabilire turres
Ferreis portas cohibere claustris
Ille certabat. pavidusque pinnis
Anxie noctis vigil incubabat
Peior est bello timor ipse belli
Iam mine sevi cecidere ferri
Iam silet murmur grave classicorum
Iam tacet stridor litui strepentis
Alta pax urbi revocata lete est
Sic ubi ex alto tumuere fluctus
Bruttium coro feriente pontum
Scilla pulsatis resonat cavernis
Ac mare in portu timuere naute
Quod rapax haustum revomit caribdis
Et ferox ciclops metuit parentem
Rupe ferventis residens in ethne
Ne superfusis violetur undis
Ignis eternis resonans caminis
Et putat mergi sua posse pauper
Regna laerthes. ytacha tremente
Si sue ventis cecidere vires
Mitius stagno pelagus recumbit
Alta qua navis timuit secare
Hinc et hinc fusis speciosa velis
Strata ludenti patuere cymbe
Et vacat mersos numerare pisces
Hic ubi ingenti modo sub procella
Ciclades pontum timuere mote
Nulla sors longa est dolor ac voluptas
Invicem cedunt. brevior voluptas
Ima permutat brevis hora summis
Ille qui donat diadema fronti

Que genu nixe tremuere gentes
Cuius admutu posuere bella
Medus et phebi propior yndus
Et dachi parthis equitem minati
Anxius sceptrum tenet et mouentes
Cuncta diuinas metuit que casus
Mobiles rerum dubium que tempus
Vos quibus rector maris atque terre
Ius dedit magnum necis atque uite
Ponite inflatos tumidosque uultus
Quicquid a uobis minor extimescit
Maior hoc uobis dominus minatur
Omne sub regno grauiore regnum est
Quem dies uidit ueniens superbum
Hunc dies uidit fugiens iacentem
Nemo confidat nimium secundis
Nemo desperet meliora lapsis
Miscet hec illis prohibet que Cloto
Stare fortunam rotat omne fatum
Nemo tam diuos habuit fauentes
Crastinum ut posset sibi polliceri
Res deus nostras celeri citatas
Turbine uersat Nuntius Chorus

Quis me per auras turbo precipitem uehet
Atra que nube inuoluet ut tantum nephas
Eripiat oculis o domus pelopis quoque
Et tantalo pudenda

Chorus Quid portas noui

Nuntius Que nam ista regio est argos et sparte pios
Sortita fratres et maris gemini premens
Fauces corinthus an feris hyster fugam
Prebens alanis an subeterna niue
Hyrcana tellus an uagi passim scythe

Corus Quis hic nephandi est conscius nunc locus
Effare et istud pande quodcunque est malum

Nuntius Si steterit animus si metu corpus rigens
Remittet artus heret in uultu trucis
Ymago facti ferte me insane procul
Illo procelle quo fertur dies
Hinc raptus

Corus Animos grauius incertos tenes
Quid sit quod horres effer autorem indica

Non quis sit sed uter

Non quod sit si uter errare otius

Nuntius
In arce summa pelopie pars est domus
Conuersa ad austros cuius extremum latus
Equale monti crescit atque urbem premit
Et contumacem regibus populum suis
Habet sub ictu fulget hic turbe capax
Immane tectum cuius auratas trabes
Varijs columpne nobiles maculis ferunt
Post ista uulgo nota que populi colunt
In multa diues spatia discedit domus
Arcana in imo regio secessu patet
Alta uetustum ualle compescens nemus
Penetrale regni nulla qua letos solet
Prebere ramos arbor aut ferro coli
Sed taxus et cupressus et nigra ilice
Obscura nutat silua quam super eminens
Despectat alte quercus et uincit nemus
Hinc auspicari regna tantalide solent
Hinc petere lapsis rebus ac dubiis opem
Affixa inherent dona uocales tube
Fractique currus spolia mirthoi maris
Victeque falsis axibus pendent rote
Et omne gentis facinus hoc frigius loco
Fixus thiaras pelopis hic preda hostium
Et de triumpho picta barbarico clamis
Fonte stat sub umbra tristis et nigra piger
Heret palude talis est dire stigis
Deformis unda que facit celo fidem
Hic nocte tota gemere ferales deos
Fama est catenis lucus excussis sonat
Vlulantque manes quicquid audire est metus
Illic uidetur errat antiquis uetus
Emissa bustis turba et insultant loco
Maiora notis monstra quin tota solet
Micare flamma silua et excelse trabes
Ardent sine igne sepe latratu nemus
Trino remugit sepe simulacris domus
Attonita magnis nec dies sedat metum
Nox propria luco est et superstitio inferum
In luce media regnat hic orantibus
Responsa dantur certa cum ingenti sono
Laxantur adito fata et immugit specus

Vocem deo soluente. quo postquam furens
Intrauit atreus liberos fratris trahens
Ornantur are quis queat digne eloqui
Post terga iuuenum nobiles reuocat manus
Et mesta uitta capita purpurea ligat
Non thura desunt. non sacer bacchi liquor
Tangensque salsa uictimam culter mola
Seruatur omnis ordo. ne tantum nephas
Non rite fiat.
Chorus: Quis manum ferro admouet
Nuntius: Ipse est sacerdos. ipse funesta prece
Letale carmen ore uiolento canit
Stat ipse ad aras. ipse deuotos neci
Contrectat et componit et ferrum admouet
Attendit ipse. nulla pars sacri perit
Lucus tremiscit. tota succusso solo
Nutauit aula dubia quo pondus daret
Hac fluctuanti similis. e leuo ethere
Atrum cucurrit limitem sidus trahens
Libata in ignes uina mutato fluunt
Cruenta baccho. regium capiti decus
Bis terque lapsum est. fleuit in templis ebur
Mouere cunctos monstra. sed solus sibi
Immotus atreus constat atque ultro deos
Terret minantes. iamque dimissa mora
Assistit aris. toruum et obliquum intuens
Ieiuna siluis qualis in gangeticis
Inter iuuencos tigris errauit duos
Utriusque prede cupida. quo primum ferat
Incerta morsus flectit hinc rictus suos
Illo reflectit. et famem dubiam tenet
Sic dirus atreus capita deuota impie
Speculatur ire. quem prius mactet sibi
Dubitat. secunda deinde quem cede immolet
Nec interest. sed dubitat. et tantum scelus
Iuuat ordinare.
Chorus: Quem tamen ferro occupat
Nuntius: Primus locus ne deesse pietatem putes
Auo dicatur tantalo prima hostia est
Chorus: Quo iuuenis animo quo tulit uultu necem
Nuntius: Stetit sui securus. et non est preces
Perire frustra passus. ast illi ferus

In vulnē ensem abscondit ⁊ penitꝰ p̄mēs
Iugulo manū commisit · educto stetit ferro cadaū
Cūq; dubitasset diu
hac pte an illa cadēt ī patruū cadit
Tūc ille ad aras phystenem seuus trahit
Adicitq; frī · colla pcussa amputat
Ceruice cesa truncus ī pronū ruit
Querulū cucurrit murmure īcerto caput
Cho Q̄d deinde gēina cede pfunctus facit
Pueris ne pcit · an scelus scelei ingerit
Nū Silua iubatus qualis armenia leo
In cede multa victor armēto īcubat
Cruore rictus madidus ⁊ pulsa fame
Nō ponit iras hic ⁊ hic thauros p̄mēs
Vitulis miat̄ dente iā lasso piger
Nō alit̄ atreus seuit · atq; ira tumet
Ferrū q; gemīa cede pfusū tenens
Oblitus ī quē ruet ī festa manu
Exegit ultra corpꝰ at puei statim
pectore receptꝰ ensis ī tergo exētit
Cadit ille ⁊ aras sangne extiguēs suo
Per utrū vulnꝰ moritur
Cho O seuum scelus
Nū Exhorruistis hactenꝰ nō stat nephas
plus est
Cho An ultra maiꝰ aut atrocius
Natura recipit
Nū Sceleris hūc finē putas
Gradus est
Cho Q̄d ultra potuit obiecit feris
Laniāda forsan corpa · atq; igne arcuit
Nū Vtinā arcuisset · ne tegat functos humꝰ
Nec soluat ignis auidus · epulādos licet
Feris ⁊ triste pabulū seuis trahat
Votū ē sub hoc · q̄d ēē suppliciū solet
pater īsepultos spectet · o · nullo scelꝰ
Credibile ī euo · q̄dq; posteritas negat
Erecta viuis exta pectoribus tremunt
Spirātq; uene · corq; adhuc pauidū salit
At ille fibras tractat · ac fata inspicit
Et adhuc calentes uiscerū uenas notat
Postq̄ hostie placuere · securus uacat

Iam scis epulis ipse diuisum secat
In mēbra corpus · amputat trūco tenus
Humeros patētes · et lacertorū moras
Denudat artus durus · atq3 ossa āputat
Tantū ora seruat · et datas fidei manus
Hec uerubꝰ herēt uiscera et lentis data
Stillāt caminis · ista flāmatus latex
Candēte iactat aeno · īpositas dapes
Trāsiluit ignis · inq3 trepidantes focos
Bis ter regestus et pati iussus moram
Inuitus ardet · stridet ī uerubꝰ iecur
Nec facile dicā · corpa an flāme gemāt
Gemuere · piceus ignis in fumos abiit
Et ipse fumꝰ tristis · ac nebula grauis
Non rectꝰ exit · seq3 in excelsū leuat
Ipos penates nube deformi obsidet
O phebe patiens fugeris retro licet
Medioq3 ruptū merseris celo diē
Sero occidisti · lamat gnatos pater
Artusq3 mandit ore funesto suos
Nitet fluente madidus unguēto coma
Grauis q3 uino · sepe preclusē cibum
Tenuere fauces · ī malis unū hoc tuis
Bonū ē Tyeste · q̄ mala ignoras tua
Sz et hoc peribit uertat currus licet
Et ipse titan obuium ducens iter
Nox missa abrupti tpe alieno g̃uis
Tenebrisq3 facinꝰ obruat tetrū nouis
Tamē uidendū · tota patefiūt mala

Quo terrarū superū q3 parens
Cuiꝰ adortū noctis opace
Decus omne fugit que uertis iter
Medioq3 diē pdis olimpo
Cur phebe tuos rapis aspectꝰ
Non dū sere nūtius ore
Nocturna uocat lumīa uesper
Non dū experie flexura rota
Iubet emeitos soluere ↄ̄cus
Non dū ī noctē ūgentē die
Tercia misit buctina signū
Stupet ad subite tpa cene
Non dū fessis bobus arator

Quid te ethereo pepulit cursu
Que causa tuos limite certo
Deicerit equos · nunquid aperto
Carcere ditis / uicti temptant
Bella gigantes · nunquid titius
Pectore fesso / renouat ueteres
Saucius iras · nunquid reiecto
Latus explicuit monte typheus
Nunquid struitur uia phlegreos
Alta per hostes · et thessalicum
Thressa premitur pelion ossa
Solite mundi periere uices
Nil occasus nichil ortus erit
Stupet eoos · assueta deo
Tradere frenos genitrix prime
Rosciada lucis peruersa sibi
Lumina regni nescit fessos
Tingere currus · nec fumantes
Sudore iubas mergere pontho
Ipse insueto nouus hospicio
Sol auroram uidet occiduus
Tenebrasque iubet surgere nondum
Nocte parata / non succedunt
Astra · nec ullo micat igne polus
Nec luna graues degerit umbras
Sed quicquid id est utinam nox sit
Trepidant pectora magno
Percussa metu · ne fatali
Cuncta ruina quassata labent
Iterumque deos hominesque premat
Deforme chaos · iterum terras
Et mare et ignes / et uaga picti
Sydera mundi · natura tegat
Non eterne facis exortu
Dux astrorum secla ducens
Dabit estatis brumeque notas
Non phebeis obuia flammis
Demet nocti luna timores
Vinceatque sui fratris habenas
Curuo breuius limite currens
Ibit in unum congesta sinum
Turba deorum

Hic qui sacris peruius astris
Secat obliquo tramite zonas
Flectens longos signifer annos
Lapsa uidebit sidera labens
Hic qui nondum uere benigno
Reddit zephiro uela tepenti
Aries preceps ibit in undas
Per quas pauidam uexerat hellen
Hic qui nitido taurus cornu
Perfert hyadas secum geminos
Trahet et curui brachia cancri
Leo flammiferis estibus ardens
Iterum e celo cadet herculeus
Cadet in terras uirgo relictas
Iusteque cadent pondera libre
Secumque trahent scorpion acrem
Et qui neruo tenet hemonio
Pennata senex spicula chiron
Rupto perdet spicula neruo
Pigram referens yemem gelidus
Cadet egoceros frangetque tuam
Quisquis es urnam tecum excedent
Ultima celi sidera pisces
Monstraque numquam perfusa mari
Merget condens omnia gurges
Et qui medias diuidit ursas
Fluminis instar lubricus anguis
Magnoque minor iuncta draconi
Frigida duro cinosura gelu
Custosque sui tardus plaustri
Iam non stabilis ruet arthophilax
Nos e tanto uisi populo
Digni premet quos euerso
Cardine mundus
In nos etas ultima uenit
O nos dura sorte creatos
Seu perdidimus solem miseri
Siue expulimus
Abeant questus discede timor
Vite est auidus quisquis non uult
Mundo secum pereunte mori Chorus Atreus
Equalis astris gradior et cunctos super

Altū supbo uertice attingens celū
Nūc decora regni teneo · nūc soliū patris
Dimicto supos · sūma uotoꝝ attingi
Bene ē · abunde ē · iā satis ē et michi
Sꝫ cur satis sit · pgam ⁊ iplebo prēm
Funē suorū · neqͦ obstaret pudor
Dies recessit · perge dum celū uocat
Utinā qͥdē tenē fugiētes deos
Possem · ⁊ coactos trahē · ut ultrēꝫ dapeꝫ
Omnes uident · qͦd satis ē · uideat pr
Etiā die nolēte · discutiā ē
Tenebras miseie sub qͥbꝫ latitāt tue
Nimis diu cōuiua securo iaces
Hilariqꝫ uultu · iā satis mēsis datū ē
Satisqꝫ baccho · sobrio tanta ad mala
Opus ē Thieste · turba familiaris fores
Tēpli relapsa · festa patefiat domus
Libet uidē capita natoꝝ intuens
Quos det colores · uerba q̄ pͥmꝰ dolor
Effūdat · aut ut spū expulso stupens
Corpꝰ rigescat · fructꝰ hͨ opis mei est
Miserū uidē nolo · sꝫ dum fit miser
Apta multa tecta glucent face
Resupinus ipē pͥura atꝫ auro icubat
Uino grauatū fulciēs leua caput
Eructat · o me celitū excelsissimum
Reguꝫ qꝫ regeꝫ · uota trāscendi mea
Satur est · capaci ducat argento merū
Ne pce potu · restat etiā nūc cruor
Tot hostiarū · ueteris hūc bachi color
Abscondet · hoc hͨ mēsa claudatur scipho
Mixtuꝫ suoꝝ sanguineꝫ genitor bibat
Meū bibisset · ecce iā cantus ciet
Festas qꝫ uoces · nec satis mēti īpat

Thyestes
Pectora longis ebetata malis
Iā sollicitas ponite curas
Fugiat meror · fugiat qꝫ pauor
Fugiat trepidi comes exilii
Tristis egestas · rebus qꝫ grauis
Pudor afflictis · magis unda cadas
Quā quo refert · magnū ex alto
Culmine lapsuꝫ · stabileꝫ in plano

Fugere gressuz · magnũ ingenti
Strage malorũ pressuz fracti
Pondera regni nõ inflexa
Ceruice pati nec degenẽm
Victũ q malis rectũ ĩpositas
Ferre ruinas · Sz iam seui
Nubila fati pelle · ac miseri
Tẽporis omẽs demitte notas
Redeant vult9 adleta boni
Veterẽ ex aĩo mitte tiestem
Propriũ hoc miseros seqˀt uitiuz
Nũq rebus credere letis
Reddeat felix fortuna licet
Tamẽ afflictos gaudẽ piget
Qđ me reuocas festũ qz uetas
Celebrare diez · qđ flere iubes
Nulla surgẽs dolor ex causa
Qˀs me phibet flore decenti
Vincire comaz · phibet · phibet
Verne capiti fluxere rose
Pingui madid9 c͂nis amomo
Inter subitos stetit horrores
Imber uultu nolente cadit
Venit ĩ medias uoces gemitus
Meror lacrimas amat assuetas
Flendi miseris dira cupido est
Libet infaustos mittẽ questus
Ia. P numē omē / pq̄z comes fugas
Thoros q̄z quos nō mēa uiola' fides
Iaz pce nato / si qd ē crīmē meū est
Me dedemorti noxiū macta caput
Me. Hac qua recusas q̄ doles ferrū exigam, In hc̄ supbe ūginū thalaōs pete
Felina uires Ia. Vnus ē pene satis
Me. Si posset una cede satiari manus
Nullaz petiisset ut duos petam
Nimiū ē dolori numerus
Angustus meo
Ia. In matre si qd pignus ī nūc latet
Scrutabor ense uiscera ⁊ ferro extrahaz
Ia. Iam page ceptū facinꝰ. haud ultra p̄cor
Moraz q̄z saltem supplicijs dona meis
Me. Perfruere lento scelē ne ppera dolor
Meus dies ē tēp' accepto utimur
Ia. Infesta memet perime cōsēri iubes
Bene ē pactū tibi
Plā nō huīt dolor q̄ t' litarem
Lumīa huc tumida alleua
Ingrate iasōn cōiugē cognoscis tuā
Sic fugē soleo patuit mēm via
Squamosa gemīi colla serpētes iugo
Sbmissa pbens recipe iaz natos parens

Ego int auras aliti curru vehar
7a Per alta vad spatia sublimis etheris
Testare nullos ee qua vehceis deos

Octaua tragadia que e Agamenon
pro argumento pmittit q Thiestes
et atreus fuerut fres. Atreus genuit
agamenone et menelau q acceperunt
in uxores duas sorores filias tyndari
et lede. Uxor agamenois dicta e Clitemes
stra uxor vo menelay helena. Huit aut
agamenon ex uxore sua filiu horestem
et filia electra noie. Agamenon aut
rex et dux grecoru erat cont troianos
Cu aut pgressus eet ad bellu troianum
Clitemestra adamat Egistu que thiestes
ex filia sua genuerat. Agameno e alias
mulieres adamauit et finito bello troia
no Cassandra filia regis priami uxore
accepit dn icognata. clitemestra et ocita
te eaz egisto machinata e mortez aga
menois que du exuerat se uestibus Egi
stus uocatus i adiutoriu cedis gladio per
fodit Cu q no du mortuus i uindicta
anelaret Clitemestra securi accepta ca
put eius aputauit. volebat e filiu hore
stez occide s electra ipm subtraxit et cui
dam Strophyo ipm ad custodiendu dedit
Clitemestra vo filia electra carceri man
cipauit et cassandra interea iussit ptinz
go h tragedia actus octo quoz pmus est
planctus thiestis emissi d inferno sup
scelerib domus pelope de qua de qua
fuerut tres ipe q Agamenon et pter
scelera detestans domu pelopeia de qua
fuit Agamenon. 2o iduat choro magnoz regu
infortunatos euetus deplorans. ibi / regnorum

Opata linquens ditis inferni loca
Assu pfudo tartai emissus specu
Incertus utras oderi sedes mag
Fugio Thiestes inferos supos fugo
En horret aius et pauor mbr excutit

Video paternos imo fr̄nos lares
Hoc ē uetustū pelopeie limē domus
Hinc auspicari regiū capiti decus
Mos ē pelasgis / hoc sedent alti thoro
Quib9 sup̄ba sceptra gestantur manu
Locus hic h̄nde curie / hic epulis locus
Incolere satius. n̄ ne custodē stigis
Ter gemina nigris colla iactantē iubis
Ubi ille celi corpus euinctus rote
In se refertur / ubi p̄ adūsū irritus
Redeunte totiens luditur saxo labor
Ubi tondet ales auidi fecūdū iecur
Et inter undas feruida exustus siti
Aquas fugaces ore decepto appetit
Penas daturus celitū dapib9 graues
Set ille nr̄e p9 quota ē culpe senex
Reputē omīs quos ab infandas man9
Quesitor una gnosius u'sat reos
Vincam thiestes sceleribus cunctos meis
A fratre uincar liberis plenus tribus
In me sepultis uiscera exedi mea
Hec hactenus fortunā maculat̄ p̄rem
Set mai9 aliud ausa commisso scelus
Nate nefandos p̄re concubitus iubet
Non pauid9 hausi dicta sed cepi nefas
Ergo ut p̄ omīs libōs irem parens
Coacta fatis nata fert uterū grauem
Me p̄re dignū u'sa n̄ra est retro
Auis nepotes proh nefas p̄ri uirū
Natis nepotes miscuit nocti diem
Sz sera tandē respiat fessos malis
Post fata demū sortis incerte fides
Rex ille regū ductor agamenon ducū
Cui9 secute mille uexillū rates
Iliaca uelis maria texerūt suis
Post dena phebi lustra deuicto ylio
Adest datur9 coniugi iugulū sue
Iā iam natabit sanḡne alterno dom9
Enses. secures. tela. diuisum graui
Ictu bipennis regiū uideo caput
Iam scelera p̄pe sūt / iā dol9 cedes cruor
Parantur epule. cā natalis tui

Egiste uenit / q̄d pudor ult9 ꝯuat
Q̄d dextra dubio trepida ꝯsilio labat
Q̄d ipē temet ꝯsulis · torq̄s · rogas ·
An deceat h̄ te respice an m̄rē3 decet
Sz cur repente noctis estiue uices
Hib'na longa spacia producūt mora
Aut q̄d cadentes detinet stellas polo
Phebū moram̄ · redde iā mūdo die3

Chorus

Regnorū magnis fallax
Fortuna bonis ī p̄cipiti
Dubio q; nimis excelsa loco
Nūq̄ placidā sceptra q̄ete3
Certū ue sui tenuē diem
Alia ex aliis cura fatigat
Vexat q3 aīos noua tēpestas
Non sic libicis sirtib9 equor
Furit alternos uoluē fluctus
Non · eixta ira turget ab imis
Cōmota uadis unda niuali
Vicina polo ubi ceruleis
Immunis aq̄s lucida u'sat
Plaustra boetes
Vt p̄cipites regū casus
Fortuna rotat metui cupiūt
Metui q; timēt / nox nec illis
Alma recess9 p̄bet tutos
Nō curarū sopitus domitor
Pectora soluit
Q̄s nō artes scelus alienū
Dedit in p̄ceps / ī pia q̄s nō
Arma fatigāt iura · pudorq3
Et ꝯiugiȳ sacrata fides
Fugiūt aulas seq̄t tristis
Sanguinolenta bellona manu
Que q3 sup'bos urit erinis
Tumidas sēp comitata domos
Quas in planū qualibet hora
Tulit ex alto / lz arma uacent
Cessēt q; doli sidunt ip̄o
Ponde magna ceditq3 honeri
Fortuna suo
Vela secūdus inflata notis

Ventos nimium timuere suos
Nubibus ipsis inserta caput
Turris pluuio uapulat austro
Densasque nemus spargens umbras
Annosa uidet robora frangi
Feriunt celsos fulmina colles
Corpora morbis maiora patent
Et cum in pastus armenta uagos
Vilia currunt placet in uulnus
Maxima ceruix. quicquid in altum
Fortuna tulit ruitura leuat
Modicis rebus longius euum est
Felix medie quisquis turbe
Parte quietus. aura stringit
Litora tuta, timidusque mari
Credere cymbam remo terras
propriore legit Clitemestra Nutrix
Quid segnis anime tuta consilia expetis
Quid fluctuaris. clausa iam melior uia est
Licuit pudicos coniugis quondam thoros
Et sceptra casta uidua tutari fide
Periere mores ius decus pietas fides
Et qui redire nescit cum perit pudor
Da frena et omnem prona nequitiam incita
Per scelera semper sceleribus tutum est iter
Tecum ipsa nunc euolue femineos dolos
Quod ulla coniux perfida atque impos sui
Amore ceco, quod nouercales manus
Ause quod ardens impia uirgo face
Phasiaca fugiens regna thessalica trahe
Ferrum uenena. uel mycena domo
Coniuncta socio fuge furtiua rate
Quid timida loqueris. furta. exilium et fugas
Soror ista fecit, te decet maius nefas
Nu Regina danaum et inclitum lede genus
Quid tacita uersas. quidue consilii impotens
Tumido feroces impetus animo geris
Licet ipsa sileas totus in uultu est dolor
Proinde quicquid est da spatium ac tempus tibi
Quod ratio non quit. sepe sanauit mora
Clit Maiora cruciant quam ut moras possim pati
Flamme medullas et cor exurunt meum

Mixtus dolori subdidit stimulos timor
Inuidia pulsat pectꝰ hinc aīūz iugo
Premit cupido turpis ⁊ uīci uetat
Et īt̄ istas mētis obsesse faces
Fessus q̄dez ⁊ deuictꝰ ⁊ pessūdatus
Pudor rebellat fluctibꝰ uarijs agor
Vt cū hinc ꝓfundū uētꝰ hic estꝰ rapit
Incerta dubitat unda cui cedat malo
Proinde omisi regimē mei manibꝰ meis
Quocūq̄ me ira quo dolor quo spes feret
Huc ire pgam fluctibꝰ dedam ratem
Vbi aīūs errat optimū ē casū sequi
Nu Ceca ē temitas que petit casū ducē
Clit Cui ultima ē fortuna qd dubiū timet
Nu Tuta ē latet q culpa si patis tua
Clit Perlucet omīe regie uicium domus
Nu Piget prioris ⁊ nouū crīen struis
Clit Res ē pfecto stulta nequicie modus
Nu Qd' metuit auget q̄ scelē scelꝰ obruit
Clit Et ferrū ⁊ ignis sepe medicine loco est
Nu Extrema pō nemo tēptauit loco
Clit Rapienda rebꝰ ī malis p̄ceps uia ē
Nu At te reflectat cōiugij nomē sacrum
Clit Decem ꝑ annos uidua respiciā uirum
Nu Meminisse debes sobolis ex illo tue
Cli Equidez cōiugales filie meminī faces
Et generū achillez p̄stitit m̄ri fidem
Nu Redemit illa classis īmote moras
Et maria pigro fixa langore īpulit
Clit Pudet piget q tindaris celi genus
Lustrale classis dorice pepit caput
Reuoluit aīūs uirginis thalamos mē
Quos ille dignos pelopeia fecit domo
Cum stetit ad aras ore sacrilego pr̄
Quasi nupciales horruit calcas sue
Responsa uocis ⁊ recedentes focos
O scelera semꝑ sceleribꝰ uinces domus
Cruore uētos emimꝰ bellū nece
Nu Sz uela parit mille fecerūt rates
Clit Non ē soluta ꝓspero classis deo
Eiecit aulis impias portu rates
Sic auspicatꝰ bella nō meliꝰ gerit

Amore capte captus ĩmotus p̃ce
Zminthe tenuit spolia phebei ducis
Ardorez sacre ṽginis tm̃ ferens
Nõ illũ achilles flexit idomit⁹ minis
Nõ ille solus fata qui mũdi uidet
In nos fidelis augur ĩceptas leuis
Nõ ꝑplis eger ⁊ relucentes rogi
In ruentes grecie stragẽ ultimaz
Sine hoste uictus marcet. at uem̃ uacat
Reparat ꝙ amores / neue desertus foret
A pelice unq̃ / ul' siuus celebs thorus
Ablatam actili diligit briseidam
Nec rape pudiut esinu uulsãm uiri
En ꝑidis hostem nc̃ nouũ ꝯlu⁹ gẽns
Amore frigie nat⁹ incensus furit
Et ꝑ⁹ trophea troica ac ũsũ ilium
Capte marit⁹ remeat ⁊ p̃ami gener
Accinge aĩe / bella nõ leuia apparas
Scel⁹ occupandũ ẽ / pigra ꝗ̃ expectas diẽ
Ante morant̃ ṽgines uidue dom̃
Patri ꝙ horestes similis hor te mala
Ventura moneãt turbo qs̃ rez ĩminet
Q̃d infra cessas. ẽn adest natis tuis
Furens nouẽca / ꝑtuũ si aliud nequid
Lat⁹ exigatur ensis ⁊ ꝑimat duos
Misce cruorẽ ꝑde ꝑeundo uirum
Mors misera nõ ẽ ꝯmori cũ quo uelis
Nu Regina frena te(m)net ⁊ siste ĩpetus
Et quãta tẽptas cogita uictor uenit
Asie ferocis. ultor europe. trahit
Captiua ꝑgama. ⁊ diu uictos frigas
Huĩc fraude nc̃ conaris insana ag̃di
Quẽ nõ achilles ense uiolauit fero
Quãuis ꝑcacem torrus armaũs manũ
Non melior aiax morte decreta furens
Non sola danais hector ⁊ bello mora
Non tela paridis certa nõ mennon niger
Non sanctus armis corpa ĩmixte gerẽs
Fluctus ꝙ simois cede purpuicos agens
Non niuea ꝓles cignus equorei dei
Non bellicoso tressa cũ rheso phalanx
Non picta pharetras ⁊ securigera manu

Pelcata amato / hic domū reducē paras
Mactare / ⁊ aras cede maculare impia
Vlc͠ix inultuz gratia h̄ facinus feret
Equos / ⁊ arma / classibꝫ q̃ꝫ horrens fretū
Propone / ⁊ alto sanguine exundās solū
Et tota capte fata dardanie domus
Regesta danais / cōp̄me affectus truces
Mentem q̄ꝫ t̄ met ip̄a pacifica tuam

Egistus. Clitome⁼·

Quod tp̄s aīo semꝑ ac m̄te horrui
Adē ꝑfc̄o rebus extremum meis
Qd t͠ga u͠tis aīe · qd p̄mo impetu
Deponis arma · crede ꝑniciem tibi
Et dira seuos fata moliri deos
Oppone cūctis uile supplicijs caput
Ferrū q̄ꝫ ⁊ ignes pectore adūso accipe
Cli Egiste nō ē pena sic nato mori
Egi Tu nos ꝑiculi sotia tu leda sata
Cōmitare tm̄ sanguinez reddet t̄
Ignauus iste ductor ac fortis pr̄
Sz qd tremētes c͠uit pallor genas
Iacens q̄ꝫ uoltu langͦdo obtutꝰ stupet
Cli Amor iugalis uicit ac flectit retro
Remeemus illuc causa repetat͠ fides
Naz sera nūq̄ꝫ ē adbonos mores uia
b Vnde nō decuit ꝑus abire si tūc
Quē penitet peccasse pene ē inocēs
Egi Quo raperis amēs credis ꝯ sꝑas t̄
Agamenonis fidele ꝯiugiū ut tn̄
Subesset aīo qd graues facēt metus
Tam sup̄ba ⁊ ip̄otens flatu nimis
Fortuna magnos tp̄s tumidos daret
Grauis ille socijs stāte adhuc troia fuit
Qͦd rere ul' ad aīuz suapte nā̃ trucem
Troiaz addidisse · rex micenarū fuit
Venit tirānus ꝑspera aīos efferūt
Effusa c͠ta pellicū quāto uenit
Turba apparatu sola h̄ lōge eminēt
Tenet q̄ꝫ regem famula uidisti dei
Feres ne thalami uicta ꝯsortē tui
At illa nolet ultimū ē nupte malū
Palam mariti possidens pelex domū
Nec regna sotiū ferre nec tede sciunt

Cli Egiste q̄d me rursus ī preceps rapis
Iraȝ qȝ flāmis iā residentē incitas
Pmisit aliq̄d uictor incaptam s'
Nec ɔiugeȝ hᶜ respice nec dn̄aȝ decet
Lex alia solio ē alia ṗuato in thoro
Q̄d q̄d seuas ferre me leges uiro
Non patit' aīus turpis admissi memor
Det ille ueniaȝ facile cui ueniā est opus
Egi Ita ē pacisci mutuam ueniaȝ licet
Ignota t' st̄ iura regnorū haut noua
Nobis maligᵎ iudices equi sibi
Id esse regni maximū pign9 putant
Si q̄cq̄d aliis non licet solis licet
Cli Agnouit helene uicta menelao redit
Que europaȝ ꝛ asiam parib9 afflixit malis
Egi Sȝ nulla atridē uene furtiua abstulit
Nec cepit aīuȝ ɔiugi obstructū sue
Iam crīmen ille q̄rit ꝛ cās parat
Nil eē crede turpe ɔmissum tibi
Q̄d honestas ṗdest flagicō carens
Vbi dn̄s odit fit nocens nō q̄ritur
Spartaȝ nū repetes spreta ꝛ amāsso uiro
Patriasqȝ sedes ṗfuga nō dāt exiliū
Repudia regū spe metū falsa leuas
Cli Delicta nouit nemo n̄ fidus mea
Egi Non intrat unq̄ regiū limē fides
Cli Opibus mēbor ut fidem ṗtio obligeȝ
Egi Pretio parata uincitur ṗcio fides
Cli Surgit residuus ṗstine mentis pudor
Q̄d obstrepis q̄d uoce blandiloq̄ mala
Consilia dictas .s. nubet tibi
Regū relicto rege gn̄osa exuli
Egi Et cur atrida uideor īferior tibi
Nat9 thieste Cli Si par ē adde ꝛ nepos
Egi Auctore phebo gignor ha9 gn̄is pudet
Cli Phebum nefande stirpis auctorē uocas
Quem nocte subita frena reuocantē sua
Celo expulistis q̄d d'os ṗbro aduocas
Surripē doct9 fraude geniales thoros
Que uenē tm̄ scim9 illicita uirum
Facede ṗpere dedecus clare domus
Asporta ab oclis h̄ uacat regi ac uiro

Egi Exilia m̄ haud sūt noua assueui malis
Si tu īpas regina nō tm̄ domo
Argis nec addo nil moror iussu tuo
Aperire ferro pectꝰ erūpnis graue
Cli Si q̄dē hec cruēta tindaris fieri sinaz
Que iūcta peccat debet ꝫ culpe fidez
Secede mecū potius ut rez statum
Dubiū ac minacem iūcta ɔsilia explicēt
Chorus Canite opubes inclita phebū
Tibi festa caput turba coronat
Tibi ūgineas laurū quatiens
De more comas īnuba fundit
Stirps inachia tu quoqꝫ nr̄os
Thebana manus comitare choros
Queqꝫ erasini gelidos fontes
Queqꝫ eurotam q̄qꝫ uirenti
Tacitū ripa bibis ismenon
Quā fatorum p̄scia manto
Sata tiresia latonigenas
Monuit sacris celebrare deos
Arcus uictor pace relata
Phebe relaxa humoqꝫ ḡues
Leuibꝫ telis depone pharetras
Resonet qꝫ manu pulsa citata
Vocale chelis nil acre uelim
Magnū qꝫ modis itonet altis
Set quale soles leuiore lira
Flectē carmē simplex uersus
Cū ducta tuos musa recenset
Licet ꝫ corda grauiore sones
Quale canebas tū titanas
Fulmīe uictos fregerūt dei
Vel cū montes mōtibꝫ altis
Sup̄ īpositi struxē gradus
Trucibꝫ mōstris stetit īposita
Pelion ossa pinifer ambos
Pressit olimpꝰ ades o maḡ
Soror ꝫ ɔiux ɔsors sceptri
Regia iuno tua te colimus
Turba micene tu sollicitum
Supplex qꝫ tui nūmis argos
Sola tueris tu bella manu

Patrem q3 regis tu nc̄ claros
Agamenonios accipe uictx
Tibi multifora mr̄es graie
Solēpne cāit ē filia mouent
Dotta puelle carmīā molli
Tibi notiuam
Lampada iactāt adtua gīux
Candida tauri delubra cadit
Nescia aratri nullo collum
Signata iugo // Tuq3 o magni
Nata ÷ tonātis īclita pallas
Que dardanias sepe petisti
Cuspide turres te p̄mixto
Matrona minōr maiorq3 choro
Colit ⁊ ÷ rebat ueniente dea
Templa sacerdos tibi nexilibꝫ
Turba coronis redimita uenit
Tibi grandeui lassi q3 senes
Compote uoto reddūt grates
Libant q3 manu uina tremēta
Et te triuia grata memores
Voce p̄cam̄ tu maternam
Sistē delon lucina iubes
Huc atq3 illuc p̄us errātez
Ciclada uentis / nc̄ iā stabilis
Fixa t̄ras radice tenet
Respuit auras religatq3 rates
Assueta sequi tu tantalidos
Funa matis uictx numīas
Stat nc̄ sisiphi ūtice summo
Flebile saxū / ⁊ adhuc lacrīas
Marmora fundūt antiqā nouas
Colit īpense femīa uir q3
Numē geminū te q3 añ omīs
Pater ac rector fulmīe pollens
Cuius nutu simul extremi
Tremuere poli gn̄is nr̄i
Iupiter auctor cape dona libens
Abauusq3 tuam nō degnēm
Respice prolem
Set ecce uasto cōcatus miles ḡdu
Manifesta pperat signa letitie gerens

Namqz haste sūmo laureā ferro geit
Fidusqz regi sep euribates adest
Euibates . Clite . Delubra z aras celitū z pr̄ios lares
post longa fessus spacia uix credēs m̄
Supplex adoro . uota supis soluite
Telluris altū remeat argolice decꝰ
Tandē adpenates uictor agamenō suos
Cli Felix z aures nūtiꝰ uenit meas
Vbi nō petitꝰ p decem cōiux m̄
Annos morat . pelagꝰ an t'ras pmit
Euri Incolumis auctꝰ glā laude inclitꝰ
Reducē expetitis litori īpressit pedem
Cli Sacris colamꝰ pspū tandem diem
Et si ppitios attamē lentos deos
Tu pande uiuat cōiugis fr̄ mei
Et pande teneat quas soror sede mā
Euri Meliora uotis posco z obtestor deos
Nā certa fari sors maris dubij uetat
Vt sp̄sa tumidū classis excepit mare
Ratis uide sotia nō potuit ratem
Quin ip̄e atrides equore īmēso uagus
Grauiora pelago damna qz bello tulit
Remeat qz uicto similis exiguas trahēs
Laceras qz uictor classe de tanta rates
Cli Effare nr̄as hauseit cas rates
Aut q̄ maris fortuna dispulerit duces
Euri Acerba fatu poscis īfaustū iubes
Miscē leto nūciū . refugit loqui
Mens egra tantis atqz īhorrescit malis
Cli Exprome clades scire q̄ refugit suas
Grauat timorē . dubia plꝰ torq̄nt mala
Euri Vt pgamū omē dorica cecidit face
Diuisa preda ē maria pperātes petūt
Iamqz ense fessū miles exonerat latus
Neglecta sūmas scuta p puppes iacent
Ad militares remꝰ aptat manus
Omnisqz nimiū mora pperanti lōga ē
Signū recursꝰ regia ut fulsit rate
Et clara lentū remigē monuit tuba
Aurora p̄mas . design prora uias
Aperitqz cursꝰ mille quos puppes secent
Hinc aura p̄mo lenis īpellit rates
Allapsa uelis unda uix tactu leuis

Tranqllo zephiri mollis afflatu tremit
Splēdet qȝ classe pelagꝰ ⁊ ꝑit' latet
Iuuat uidē nuda troie litora
Iuuat relicti sola sigei loca
Pperat iuuētꝰ oīs adductos siml'
Lētare remos adiuuat uētos manu
Et ualida nisu brachia altno mouet
Sulcata uibrāt equora ⁊ latā icrepāt
Dirimūt cane ceruliū spume mare
Vt aura plenos fortior tendit sinus
Posue' tonsas credita ē uēto ratis
Fusꝰ qȝ trāstris nauita ut t'ras ꝓcul
Quātū recedūt uela fugiētes notat
Aut bella narrat hectoris fortis minas
Currꝰ qȝ ⁊ empto redditum corpꝰ rogo
Sparsum cruore regis h'culeum iouem
Tū q̄ iacēte reciptus ludit salo
Tumidū qȝ pando trāsilit dorso mare
Tirrenus oī piscis exultat freto
a Agit qȝ giros ⁊ comes lateri adnatat
d Millesimā nc ambit ⁊ lustrat ratem
b Ante ire naues leto ⁊ rursꝰ sequi
c Nc pma tāgēs rostra lasciuit chorꝰ
e Iaȝ litus omē tegit' ⁊ cāpi latent
Et dubia patēt mōtis ydei iuga
Et iā qd' unū ꝑuicax acies uidit
Yliacus atra fumꝰ apparet nota
Iaȝ lassa titan colla releuabt' iugo
Iaȝ astra iā lux prona iā pceps dies
Exigua nubes sordido crescens globo
Nitidū cadētis inqnat phebi iubar
Suspecta uarios occidēs fecit freta
Nox pma celū sp'serat stellis. iacent
Deserta uēto uela tū m̄mur graue
Maiora minitās collibꝰ sūmis cadit
Tractu qȝ longo litus, ac petre gemūt
Agitata uētis unda uēturis tumet
Cū subito luna codit stelle cadūt
In astra pontꝰ tollit' celū ꝑit
Nec ē nox una densa tenebr' obruit
Calligo ⁊ oī luce sbducta fretū
Celū qȝ miscet undiqȝ īcūbūt siml'

Rapiūt et pelagus īfimo eūsum solo
Adūsus euro zephirus et boree nothus
Sua quisque mittūt tela / et īfesti fretū
Emoliuntur turbo ꝯuoluit mare
Strimonius altas aq̄lo ꝯtorq̄t niues
Libicusque arenas auster ac sirtes agit
Nec manet in austro / fit grauis nimbis notus
Imbre auget undas eurus oientē mouet
Nabatea q̄tiens reḡ et eoos sinus
Quid rapidus ora chorus occeano exerens
Mundū reuelli sedibus totū suis
Ipsosque rupto crederes celo deos
Decidere et atrū rebus idui chaos
Vento resistit estus et uentus retro
Estum reuoluit / n̄ capit sese mare
Undasque miscēt imber et fluctus suas
Nec h̄ leuamē demque erūpnis datū ē
Videre saltem et nosse quo peant malo
Premūt tenebre lumina et dire stigis
Inferna nox ē excidūt ignes tn̄
Et nube dirū fulmē elisa micat
Miserisque lucis tanta dulcedo ē male
Hoc lumē optāt ipa se classis p̄mit
Et prora prore nocuit et lateri latus
Illam dehiscens pontus ī p̄ceps rapit
Hauritque et alto redditā reuomit mar̄e
Hec honē sedit illa ꝯuulsum latus
Sūmittit undis / fluctus hāc decimus tegit
Hec lacera et om̄i decore ppl̄ata leuis
Fluitat nec illi uela nec tonse manēt
Nec rectus altas malus āntēnas ferēs
Sed trūcata toto turpis ionio natat
Nil rō et usus audet ī magis malis
Tenet error artus om̄s officio stupet
Nauita relicto / remus effugit manus
In uota miseros ultimus cogit timor
Eadē que superos troes et danai rogant
Quid fata possunt īuidet pirrus p̄ri
Aiaci ulixes hectori atrides minor
Agamenon priamo quisquis adtroiā iacet
Felix uocatur cadere qui meruit manu
Quē fama seruat / uicta quem tellus tegit

Nil nobile ausos pontus atque unde ferent
Ignaua fortes fata consument uiros
Perdenda mors est . quicquid es non dum malis
Satiate tantis celitum tandem tuum
Numen serena cladibus nostris daret
Vel troia lacrimas odia si durant tua
Placet que mitti doricum exicio genus
Quid hos simul perire nobiscum iuuat
Quibus perimus sistite infestum mare
Vehit ista danaos classis et troas simul
Nec plura possunt occupat uocem mare
Ecce alia clades fulmine irati iouis
Armata pallas quicquid aut hasta minax
Aut egide aut furore gorgoneo potest
Aut igne patrio . temptat et celo noue
Spirant procelle solus inuictus malis
Luctatur aiax uela cogentem hunc sua
Tenso rudente flamma perstrinxit cadens
Libratur aliud fulmen hoc toto impetu
Certum reducta pallas excussit manu
Imitata patrem transit aiacem et ratem
Ratis que partem secum et aiacis tulit
Nil ille motus ardua ut cautes solo
Ambustus extat dirimit insanum mare
Fluctus que rumpit pectore et nauem manu
Complexus in se traxit et ceco mari
Conlucet aiax omne resplendet fretum
Tandem occupata rupe furibundus intonat
Superasse nunc se pelagus atque ignes iuuat
Vicisse celum palladem fulmen mare
Non me fugauit bellici terror dei
Et hectorem una solus et martem tuli
Phebea nec me tela pepulerunt gradu
Cum phrigibus istos uicimus tandem horream
Aliena inerti tela mitti dextera
Quid si ipse mittat plura cum auderet furens
Tridente rupem subruit pulsam pater
Neptunus undis exerens imis caput
Soluit que montem quem cadens secum tulit
Terra que et igne uictus et pelago iacet
Nos alia maior naufragos pestis uocat
Est unda humilis scrupeis mendax uadis

Ubi saxa rapidis clausa u̇ticibꝰ tegit
Fallax caphareus estuat scopulis fretū
Feruet q̄ semꝑ fluctꝰ alterna uice
Arx īminet ꝑrupta q̄ spectat mare
Utriq̄ geminū pelopis hīc oras tui
Et hismon arto q̄ recuruatꝰ solo
Ionia iūgi maria phrixei uetat
Hinc scelere lēnon nobilē hīc calcedōa
Tardā q̄ ratibꝰ aulida hāc arcē occupat
Pallamedis ille genitor / ⁊ clarū manū
Lum̄ nefanda u̇tice ex sūmo efferens
In saxa ducit ꝑfida classem face
Herent acutis rupibꝰ fixe rates
Hac inops unde b̄uia cōminuūt uada
Pars uehit̄ huius ꝑma ps scopulo sedet
Hanc alia retro spatia relegentē ferit
Et fracta frangit iaꝫ iaꝫ timēt t̄raꝫ rates
Volūt ꝙ maria cecidit ī lucem furor
Postq̄ʒ litatū ē phebꝰ inluceꝫ redit
Et dāpna noctis tristis ōndit dies
Cli Utrū ne doleam leter an reducē uirū
Remeasse leter uulnꝰ ⁊ regni graue
Lugē cogor redde iā grais pater
Altisona quatiens regna placatos deos
Nūc omē leta fronde ueletur caput
Sacrifica dulces tibia effundat modos
Et niuea magn̄s uictima ān aras cadat
Sed ecce t̄ba tristis īcompte comas
Yliades assūt q̄s sup celso gradu
Effrena phebas entheas laurꝰ quatit
Chorꝰ Cassādra Heu q̄ʒ dulce malū mortalibꝰ additū
Vite dirus amor cū pateat malis
Effugiū ⁊ miseros lib̄a mors uocet
Portꝰ eterna placidus quiete
Nullꝰ hūc terror nec īpotens
Procella fortune mouet
Aut iniq̄ flāma tonantis
Pax alta nullos ciuiū cetꝰ
Timet aut minaces uictoris iras
Non maria asperis insana choris
Non acies feras puluerē q̄ nubē
Motā barbaricis equitū cateruis

Nō urbe cū tota p̄p'los cadentes
Hostica muros p̄pulante flāma
Indomitū bellū p̄rūpet omē
Solus ōtēptor leuiū deorum
Qui uultus acherontis atri
Qui stiga tristez nō ētris uidet
Audet qz uite uite ponē finem
Par ille regi par sup̄is erit
O q̄ miserū ē nescire mori
Vidi⁹ p̄riaz ruētez nocte funesta
Cū dardana tecta dorici rapetis ignes
Non illa bello uicta nec armis
Vt qōdaz hculea cecidit pharetra
Quā nō pelei tendisqz natus
Carus qz pelide nimiū feroci
Vicit acceptis cū fulsit armis
Fudit qz troas falsus achilles
Aut cū ipse pelides aīos feroces
Sustulit luctu celerem qz saltu
Troades sūmis timuē muris
Perdidit ī malis extremū decus
Vina fortit' / restitit annis
Troia bis dēnis uni⁹ noctis pitura fato
Vidim⁹ simulata dona molis ī mēse
Danaū qz fatale mun⁹ duxi⁹ nr̄a
Creduli dextra / tremuit qz sepe
Limine ip̄o sonipes cauernis
Conditos reges bellū qz gestans
Et licuit u'sare dolos ut ipsi
Fraude sua capti cadent pelasgi
Sepe ōmote sonuere parme
Tacitū qz m̄m̄ p̄cussit aures
Et fremuit male sb'dolo parēs pirr⁹ ulixi
Secura metu troica pubes
Sacros gaudet tangē funes
Hinc equū gregis astianax
Hinc emonio desponsa rogo
Ducūt t'mas / h̄ femīeas ille viles
Feste m̄res muna duct uotiua diuis
Festi patres adeunt aras
Vnus tota ē uult⁹ ī urbe
Et qd' nūq̄ p̄t hectoreos

Vidimus ignes leta ē hecabe
Q'd nā p̄mū dolor infelix
Q'd ue extᵉmū deflere pas
Meniā diuū fabricata manu diruta nr̄a
An tēpla deos sup' uita suos
Non uacat unis lacrimāe mal'
Te magne parēs flēt yliades
Vidi uidi senis in iugulo
Telū pirri uix exiguo sāgne tingui
Car Cohibete lacrimas ōe q̄s tēs petit
Troades ꝛ ipse mea lamentabili
Lugete gemitu funera erūpne m̄e
Sociū recusāt cladibꝰ q̄stꝰ meis
Remouete nr̄is ipsa sufficiā malis
Cli Lacrimas lacrimis miscere iuuat
Magis exurūt q̄s secrete lacerāt cure
Iuuat ī mediū deflere suos
Nec ē q̄muis dura uirago patiēsq3 mali
Poteris tantas flere ruinas
Non q̄ uerno nobile carmen
Ramo cantat tristis edonis
Ytin in uarios modulata sonos
Non q̄ tectis bistonys ales
Residēs sūmis impia diri
Furta mariti garrula deflet
Lugē tuā poterit digne q̄sita domū
Licet ipse uelit claros niueos int' olores
Histrū cignus tanaim q3 colens
Extrema loq' licet alciones
Ceica suū fluctu leuit' plāgēte sonēt
Cū trāq'llo male confise
Credūt iterū pelago audaces
Fetusq3 suos nido pauide titubāte fouēt
Non si molles ī imitata uiros
Tristis lacerēt brachia tecum
Que turrite turba parenti
Pectore rauco q̄cita buxū
Ferit ut frigiā lugeat atim
Non ē lacrimis cassandra modꝰ
Quia q̄ petimꝰ uince modum
Sed cur sacratas diripis capiti īfulas
Miseris colendos maxime superos reor

Cas Vicē nrā iā metꝰ oīs mala
Eqdez nec ulla celites placo pce
Nec si uelīt seuire quo noceāt hn̄t
Fortūa uires ipā osūpsit suas
Que pr̄ia restat. qs pr. q iā soror
Bibē tumli sāgnez atʒ are meū
Qd illa felix turba frīm gregis
Exausta. nēpe regiā misi senis
Vacuā relicti tot pthalaos uident
Preter lacenā cetās uiduas nurꝰ
Tot illa regū mīr ⁊ regimē frigū
Fecūda ī ignes hecuba fatoꝝ nouas
Expta leges induit wltꝰ feros
Circa ruinas rabida latuit suas
Troie supstes, hectori, priamo sibi
Cli Silet repente phebas, ⁊ pallor genas
Freqns qʒ totū possidet corpꝰ tremor
Stetē uitte mollis horrescit coma
Hanela corda murmuē īcluso fremūt
Incta nutāt lumīa, ⁊ uisi retro
Torqnt oculi, rursū īmites riget
Nūc leuat ī auras altōr solito caput
Graditqʒ celsa, nc̄ reluctātes pat
Resare fauces ūba nc̄ clauso male
Custodit ore, menas īpatiēs dei
Qd me furoris īcitaʒ stimulis noui
Qd mētis inopez sacra pnasi iuga
Rapitis. recede phebe iā nō sū tua
Extigue flāmas pectori īfixas mō
Cui nc̄ uagor uesana. cui bachor furēs
Iaʒ troia cecidit falsa qd uates ago
Ubi sū. fugit lux alma, ⁊ obscurat genas
Nox alta ⁊ ether abditꝰ nebulis latet
Sed ecce gemīo sole prefulget dies
Geminū qʒ duplicēs argos attollit domos
Idea cerno nemora fatal' sedet
Intē potentes arbitē pastor deas
Timēte reges moneo, furtiuū genꝰ
Agrestis ille alūpnꝰ euertet domū
Qd ista uechors tela femīea manu
Dstricta pfert quē petit dextā uirum
Lacena cultu ferrū amazoniū gerēs

Que uersat oculos alia nunc facies meos
Victor ferarum colla uexatus iacet
Ignobili sub dente marmaricus leo
Morsus cruentos passus audacis dee
Quid me uocatis sospitem solam e meis
Vmbre meorum te sequor tota pater
Troia sepulte frater auxilium frigum
Terror qz danaum non ego antiquum decus
Video aut calentes ratibus exustis manus
Sed lacera membra et saucios uinclo graui
Fortes lacertos te sequor nimium cito
Congresse achilli troile incertos geris
Deiphebe uultus coniugis munus noue
Iuuat per ipsos ingredi stigios lacus
Iuuat uidere tartari seuum canem
Auidi qz regna ditis hec hodie ratis
Phlegetontis atri regias animas uehat
Victam qz uictricem qz uos umbre precor
Iurata superis unda te pariter precor
Reserate paulum terga nigrantis poli
Leuis ut micenas turba prospiciat frigum
Spectate miseri fata se uertunt retro
Instant sorores squalide sanguinea iactant uerba
Fert leua semiustas faces ardent qz pallentes
Et uesti atri funeris exesa cingit ylia gene
Strepunt qz nocturni metus et ossa uasti corporis
Corrupta longinquo situ palude limosa iacent
Et ecce defexus senex ad ora ludentes aquas
Non captat oblitus sitis mestus futuro funere
Exultat et ponit gradus pater decoros dardanus

Corus troianorum

Iam peruagatus ipse se fregit furor
Cadit qz flexo qualis ante aras genu
Ceruice thaurus uulnus incertum gerens
Relleuemus artus en deos tandem suos
Victrice lauro cinctus agamenon adit
Et domina qz pariter obuios illi tulit
Gressus redit uincta concordi gradu

Agamenon. Cassandra.

Tandem reuertor sospes ad patrios lares
O cara salue terra tibi tot barbare
Dedere gentes spolia tibi felix diu
Potentis asie troia submisit manus
Cur ista uates corpus effusa ac tremens

Dubia labat ceruice famuli attollite
Refouete gelido latice iam recepit diem
Marcente uisu suscita sensus tuos
Optatus ille portus erumpnis adest
Festus dies est · Cas festus et troie fuit
Aga Veneremur aras Cas cecidit ante aras pater
Aga Jouem precemur pariter Cas herceum iouem
Aga Credis uidere ylium Cas et priamum simul
Aga hic troia non est Cas ubi helena est troiam puto
Aga Ne metue dominam famula Cas libertas adest
Aga Secura uiue Cas michi mors est securitas
Aga Nullum est periclum tibi Cas at magnum est tibi
Aga Victor timere quid potest Cas quod non timet
Aga hanc fida famuli turba dum excutiat deum
Retinete ne quid impotens peccet furor
At te pater qui seua torques fulmina
Pellisque nubes sidera et terras regis
Ad quem triumphi spolia uictores ferunt
Et te sororem cuncta pollentis uiri
Argolica iuno pecore uotiuo libens
Arabumque donis supplice et fibris colam

Chorus Argos nobilibus nobile ciuibus
Argos irate carum nouerce
Semper ingentes educas alumpnos
Imparem equasti numerum deorum
Tuus ille bisseno meruit labore
Adlegi celo magnus alcides
Cui lege mundi iuppiter rupta
Roscide noctis geminauit horas
Jussitque phebum tardius celeres
Agitare currus et tuas lente
Remeare bigas candida phebe
Retulit pedem alternis nomen
Stella que mutat seque mutata est
hesperum dicta aurora mouit
Ad solitas uices caput et relabens
Imposuit senis humeris mariti
Sensit ortus sensit occasus
herculem nasci uiolentus ille
Nocte non una poterat creari
Tibi concitatus substitit mundus
O puer subiture celum

Te sensit nemeus arto
Presso lacerto fulmine leo
Cerua que parasis
Sensit archadii populator agri
Gemuit que thaurus dictea linquens
Horridus arua
Morte fecundum domuit draconem
Vetuit que collo pereunte nasci
Geminosque fratres pectore ab imo
Tria monstra natos stipite incusso
Fregit insultans duxit que ad ortus
Hesperium que pecus gerionei
Spolium triformis
Egit treicium gregem
Quem non strimonii gramine fluminis
Hebriue ripis pauit tirannus
Hospitum dirus stabulis cruorem
Prebuit seuis tixitque crudos
Vltimus icto sanguis aurige
Vidit ypolite ferox
Pectore e medio rapi
Spolium et sagittas
Nube percussa stimphalis alto
Decidit celo
Arbor que pomis fertilis aureis
Extimuit manus insueta carpi
Fugit que in auras leuiore ramo
Audit sonitum trepitante flamma
Frigius custos nescius sompni
Linqueret cum iam nemus omne fuluo
Plenus alcides uacuum metallo
Tracta ad celum canis inferorum
Triplici catena tacuit nec ullo
Latrauit ore lucis ignote
Metuens colorem te duce succidit
Mendax dardanie domus
Et sensit arcus iterum timendos
Te duce concidit totidem diebus
Troia quot annis

Cassandra

Res agit intus magna par annis decem
Heu quid hoc est anime consurge et cape
Pretium furoris uicimus uicti frigies

Bene est resurgis troia traxisti iacens
Pares micenas terga dat victor tuus
Tam clara numquam providae mentis furor
Ostendit oculis video et intersum et fruor
Imago visus dubia non fallit meos
Spectamus epule regia instructe domo
Quales fuerunt ultime frigibus dapes
Celebrantur ostro lectus yliaco nitet
Merumque in auro veteris assaraci trahunt
Et ipse picta veste sublimis iacet
Priami superbas corpore exuvias gerens
Detrahere cultus uxor hostiles iubet
Induere potius coniugis fide manu
Textos amictus horreo atque animo tremo
Regem ne perimet exul et adulter virum
Venere fata sanguinem extreme dapes
Domini videbunt et cruor bacho incidet
Mortifera victum perfide tradet neci
Induta vestis exitum manibus negat
Caputque laxi muri claudunt sinus
Haurit trementi semivir dextra latus
Nec penitus agit vulnere in medio stupet
At ille ut altis hispidus silvis aper
Cum casse vinctus temptat egressus tamen
Artatque motu vincla et in cassum furit
Cupit fluentes undique et cecos sinus
Dirimere et hostem querit implicitus suum
Armat bipennem tindaris dextram furens
Qualisque ad aras colla taurorum prius
Designat oculis antequam ferro petat
Sic huc et illuc impiam librat manum
Habet peractum est pendet exigua male
Caput amputatum parte et hinc trunco cruor
Exundat illi ora cum fremitu iacent
Nondum recedunt ille iam exanimem petit
Laceratque corpus illa fodientem adiuvat
Uterque tanto scelere respondet suis
Hic est thieste natus hec helene soror
Stat ecce titan dubius emerito die
Sua ne currat an thiestea via Electra
Fuge a paterne mortis auxilium unicum
Fugito scelestas hostium evita manus

Euersa domus ẽ funditꝯ regna occidũt
Quis iste celeres concitꝯ currꝯ agit
Germane vultꝯ ueste furabor tuos
Quid aĩe demens refugis externos fugis
Domus timenda ẽ pone iã trepidos metꝯ
Horesta amici fida p̃sidia intuor

~~Clit. electra~~ . Egitus
~~Cassandra~~ Strophius
Eletra

Phocide relicta strophiꝯ elea inclitꝯ
Palma reũtor c̃a ueniendi fuit
Gratari amico cuiꝯ impulsũ manu
Cecidit decẽni marte quassum iliũ
Que nã ista lacrimis lugubrẽ vultũ rigat
Pauet qꝫ mesta regiũ agnosco genus
Electra luctus c̃a q̃ leta ẽ indomo
Ele Pat̃ ꝑemptꝯ scel'a matꝰno iacet
Comes paterne q̃rit̃ natꝯ neci
Egistꝯ arces uenẽ q̃sitas tenet
Stro O nulla longi tpis felicitas
Ele Ꝑ te parentis meõriã obtestor mi
Ꝑ sceptra terris nota ꝓdubios d'os
Recipe hũc oreste ac piũ furtũ occl'e
Stro Et si timẽdũ cesꝯ agamenon docet
Agrediar ꝫ te horesta furabor libens
Fidẽ secunda poscũt adũsa exigũt
Cape hẽc decꝯ ludicri certamĩs
Insigne frontis leua uictricẽ tenes
Frondẽ uirẽti ꝑtegat ramo caput
Et ista demũ palma pisei iouis
Velam̃ eadẽ prestat atqꝫ omen ẽ
Tuqꝫ opatris assidẽs fremis comes
Condisce pilade patris exẽplo fidem
Vos grecia nũc teste ueloces equi
Infida cursu fugite p̃cipiti loca
Ele Excessit abiyt currꝯ effreno impetu
Effugit atiem tuta iã expiar mẽs
Hostes ꝫ ultro uulnei opponã caput
Adest cruenta coniugis uictrẽ sui
Et signa cedis ueste macl'ata gerit
Manus recẽti sangũne ĩ nũc madent
Vultꝯ qꝫ p̃se scel'a truculẽta ferũt
Concedã ad aras patẽ me iunctꝯ tuis
Cassandra iungi paria metuẽtẽ tibi
Clite . Electra Egitus Cassandra

Hostis p̄entis ipiū atq̃ audax caput
Quo more cetꝰ publicos ūgo peat
Ele Adultoꝝ ūgo deserui domū
Cli Q̄s esse credat ūginē Ele Gnatā tuã
Cli Modestiꝰ cū m̄re Ele Etiā tādē doces
Cli Aīos viles corde tumefcto geris
Sed agē domita feminã disces malo
Ele Nisi fallor feiās ferrum decet
Cli Et ēē parē nobis demēs te putas
Ele Nobis q̄s iste ē alt̄ agamenō tuus
Cli Indomita pt̄ h̄ ūgis ūba impie
Regina frangã citiꝰ intea m̄
Ele Tu uidua loquē uir caēt uita tuus
Cli Edissere ubi sit gnatꝰ ū fr̄ tuus
Ele Extra micenas Cli Redde nūc natū m̄
Ele Et tu pēte redde Cli quo latitat loco
Ele Tuto q̄etꝰ regna nō metuēs noua
Cli Iuste parēti satis ac irate parū
Moriē hodie Ele dū mō ac moriar manū
Recedo abaris siue te iugulo iuuat
Mersisse ferrū prebeo iugulū uolens
Seu more pecudū colla resecari placet
Intēta ceruix uulnꝰ expectat tuū
Scelꝰ paratū ē cede respsam uiri
Atq̃ absoletã sangne h̄ dextrã ablue
Cli Consors piculi piter ac regni mei
Egiste gaudes nata geītrē impie
Probris lacessit abditū frē occulit
Egi Furibunda ūgo uocis īfandi artifex — Et aure ūba idigna matna opp̄me
Ele Etiã moueb̄t scelis īfandi artifex
P scelā natꝰ nomē ābiguū suis
Idem sorores natꝰ & pris nepos
Cli Egiste cessas impiū ferro caput
Demete frēm reddat & aiã statim
Abstrusa ceco carcē & saxo exigat
Euum p omēs torta penaꝝ modos
Referre q̄ nūc occulit forsan uolet
Inops egens inclusa pedore obsita
Vidua an̄ thalamos exul īuisa oībꝰ
Ethere negato sero succūbet malis
Ele Concede mortē Cli Si recusares darē
Rudis ē tyrānꝰ morte q̄ penā exigit
Ele Mortē aliqđ ultra ē Cli Vita si cupias mori

Arripite famuli monstrum et avectam procul
Ultra micenas ultimo in regni angulo
Vincite septa nocte tenebrosa specu
Ut inquietam carcer invigiles domet
At ista penas
Captiva coniux regis pellex thori
Trahite ut sequatur coniugem ereptum mi
Car Ne trahite iterum ipsa precedam gradus
Perferre prima nuntium frigibus meis
Propero repletum ratibus eversis mare
Captas micenas mille ductorem ducum
Ut paria fata troicis tulerit malis
Perisse dono femine stupro dolo
Nichil moramur rapite qui grates ago
Iam iam iuvat vixisse post troiam iuvat
Cli Furibunda morere Cas veniet et vobis furor

Nona tragedia que octavia dicitur
post pargumento premitti quod claudius
imperator ex uxore sua messalia quam
postea occidit huius filium britannicum dictum
et filiam nomine octaviam. Cum postea agrippinam
uxorem fratris sui per nuptialia copulasset octaviam
Neroni privigno suo dedit uxorem
quem post se sic suggerente agrippina regem
constituit, britannicum filium exortem imperii
faciens. Nero vero post claudium imperans
repudiat octaviam. et accepit aliam uxorem
nomine popeiam. postea vero suscitato
tumultu populi eo quod non approbaret tumultum
octavie Nero in populum desevit et octaviam
relegat in exilium. eamque tandem interfici precepit
Continet autem hec tragedia actus septem quorum
primus est planctus de repudio octavie. 2o
ponitur planctus chori super eodem ibi quod fama

Octavia loquitur Iam vaga celo sidera fulgens
Aurora fugat surgit titan
Radiante coma mundo quoque diem
Reddit clarum. age tot tantis
honerata malis repete assuetos
Iam tibi questus
Atque equoreas vince alcyonas

Vince z uolucres pandiomas
Grauior nāq3 hijs fortūā tua ē
Semp genitrix deflenda m̄
Prima meorum cā maloꝝ
Tristes q̄stꝰ nate exaudi
Si q̄s remanet sēsꝰ ī ūbris
Utinā an̄ manu grādeua sua
Mea rapuisset stamīā clotō
Tua q̄ merēs uulnā uidi
Ora q3 fedo sp̄sa cruore
O lux sēp funesta m̄
Tp̄e ab illo lux ē tenebris
Inuisa magis
Tulimꝰ seue iussa nouērce
Hostilē aīūz vultꝰ q3 truces
Illa illa meis t̄stis erimis
Thalamis stigios p̄tulit ignes
Teq3 extinxit miserande pr̄
Mō cui totꝰ paruit orbis
Ultra occeanum
Cui q3 britani tḡa dedere
Ducibꝰ n̄ris an̄ ignoti
Iuris q3 sui
Cōiugis heu me pr̄ īsidijs
Op̄sse iaces / s̄uit q3 domus
Cū p̄le tua capta tirāpno Nutx

Fulgore p̄mo captꝰ z fragili bono
Fallacis aule q̄sq̄s attonitꝰ stupet
Subito latētis ecce fortūe īpetu
Mō p̄potentē c̄rnat eūsā domū
Stirpē q3 claudij cuiꝰ īp̄io fuit
Subiectꝰ orbis paruit lib̄ diu
Occeanus z recepit īuitꝰ rates
Et q̄ b̄ta tanais p̄mo īposuit iugo
Ignota tantis classibꝰ texit freta
Int̄q3 gētes barbāas tutus fuit
Et seua maria cōiugis scelē occidit
Mox illa gnati cuiꝰ extinctꝰ iacet
Fr̄ uenēis meret infelix soror
Eadē q3 cōiūx n̄c graues luctꝰ ualet
Ira coacta tegē crudelis uiri
Quē secreta refugit p̄ att odio pari

Ardens mariti mutua flagrāt face
Animū dolentis nr̄a solatur fides
Pietasq frustra uincit īmitis dolor
Consilia nr̄a ne regi uincis pt̄
Senecis ardor. ē malis uires capit
Heu q̄ nefandū pspicit nr̄ timor
Scelus qd̄ utinā num̄ auertat deum

Octauia Nutx
O mea nullis equanda malis
fortuna licet
Repetam luctus electra tuos
Tibi merenti cesum licuit
flere parentem
Scelus ulcisci uindice fratre
Tua q̄ pietas hosti rapuit
Texit q fides
Me crudeli sorte parentes
Raptos phibet lugē timor
fratrisq necem deflere uetat
In quo fuiat spes una mi
totq malorū breue solamē
Nūc ī luctus suata meos
Magni resto nominis umbra
Nu Vox en nr̄a perculit aures
Tristis alūpne cessat thalamis
Inferre gr̄dus tarda senectus
Cl Excipe nr̄as
Lacrimas nutrx testis nr̄i
fida doloris
Nu Q̄s te tantis soluet curis
Misanda dies
Octa Q̄s me stigias mittet ad ūbras
Nu Oīa queso sint ista procul
Octa Non uota meos tua nc̄ casus
Sed uota regūt
Nut Dabit afflictis meliora deus
Tu ra mitis tu mō blanda
Vince obsequio placata uirū
Octa Vincam seuos ant̄ leones
Tigresq truces fera q̄ seui
Corda tirāpni
Odit genitos sang̃ne claro
Spernit supbos hūilesq simul

Nec fortunā capit

Sn̄ et fortunā capit ip̄e suaꝫ
Quā dedit illi ꝑscelus ingens
Jnfanda parens / lꝫ ingratum
Dire pudeat munē mr̄is
Hoc īperiū cepisse licet
Tm̄ munus morte repēdat
Feret huc titulū p̄t fata tm̄
Femīa longo semꝑ in euo
Nu Anī retine ūba furentis
Temē emissaz ꝯpime uocez Octauia Nutx
Tolleranda q̄uis patiar haut ūq̄ q̄at
Nisi morte tr̄i nr̄a finiri mala
Genitrice cesa ꝑscelo rapto p̄re
Orbata fr̄e miserijs luctu obruta
Merore p̄ssa / ꝯiugi ī uisa ac mee
Subiecta famule luce nō ꝗte fruor
Trepidante semꝑ corde nō mortis metu
Sed scelē absit crimen a fatis meis
Mori iuuabit pena nā grauior nece ē
Vidē tumidos et truces misere m̄
Vultꝯ tirāni iūgē atqꝫ hosti oscula
Timē nutus · cuius obsequiū m̄s
Hanc ferre posset fata p9 fr̄is dolor
Scelē interēpti cuius imꝑiū tenet
Et morte gaudet auctor īfande necis
Quā sepe tristis umbra germanꝯ meis
Offertur oculis / mēbra cū soluit q̄es
Et fessā fletu lumīa oppssit sopor
Modo facibꝯ atris arāt īfirmas manꝯ
Oculosqꝫ et ora fr̄is īfestus petit
Modo trepidꝯ idē refugit ī thalamos m̄os
Persequitur hostis atqꝫ inerenti m̄
Violentꝯ ensez ꝑlatꝯ nr̄m rapit
Tūc tremor et ingens excutit sōpnos pauor
Renouatqꝫ luctꝯ et metꝯ misere m̄
Adice his supbā pelicē nr̄e domus
Spolijs nitentez cuiꝯ ī munꝯ suam
Stigie parentez natus īposuit rati
Quā dira p9 naufragia supato mari
Ferro īteremit seuior pelagi fretis
Que spes salutis ē p9 nefas tm̄ m̄
Inimica uictx īminet thalamis meis

Odio q̃ in nos flagrat ⁊ ĩcestũ stupri
Iuste maritũ ꝯiugis captat caput
Emerge undis ⁊ fer auxiliũ tue
Nate ĩuocanti genitor aut stigios sinus
Tellure rupta pande quo p̃ceps ferar
Nut Frustra parentis ĩuocas manes tui
Mĩsanda frustra / nulla cui ꝓlis sue
Manet inter umbras cura q̇ nato suo
Preferre potuit sãg̃ne alieno satũ
Genitaq̃ fr̃is ꝯiugeȝ captꝰ sibi
Thoris nefandis flebili iunxit face
Hinc orta series facinoꝝ cedes doli
Regni cupido sanguinis diri sitis
Mactata soceri ꝯcidit thalamis gener
Tuis ne fieret ymeneis potens
Proh facinꝰ ĩgens femĩe ẽ munꝰ datꝰ
Silanꝰ ⁊ cruore fedauit suo
Patrios penates ĩmĩs facti reus
Intrauit hostis hei m̃ captã domũ
Dolis nouerce p̃ncipis factꝰ gener
Idemq̃ natꝰ iuuenis ĩfandũ ĩgenij
Scelerũq̃ capax dira cui genitrix facem
Accendit ⁊ te iunxit ĩuitam metu
Tanto q̃ uictrix facta successu ferox
Ausa ĩminẽ orbis imꝑio sacri
Quis tot referre facinoꝝ formas pt
Et spes nefandas feie ⁊ blãdos dolos
Regnũ petentis ꝑ gradũ scelꝫ om̃s
Tunc sc̃a pietas extulit trepidos g̃dus
Vacuã q̃ herinis seua funesto pede
Intrauit aulam polluit stigia face
Sacros penates iura nãe furens
Fas q̃ omne rupit miscuit ꝯiux uiro
Venena seua cecidit atq̃ eadẽ sui
Mox scelẽ nati tu q̃q̃ extinctꝰ iaces
Deflende nobis semꝑ infelix puer
Modo sidus orbis columẽ ãguste domꝰ
Britãnice heu me nũc leuis tm̃ cinis
Et tristis umbra seua cui lacrimas dedit
Etiã nouerca cũ rogis artus tuos
Dedit cremãdos mẽbra q̃ ⁊ uultꝰ deo
Similes uolanti feruens flãma abstulit

octa Extinguat ⁊ me ne manu nr̃a cadat
Nut Natr̃a nõ uires dedit tantas tibi
octa Dolor ira meror misie luctꝰ dabũt
Nut Vince potiꝰ obsequendo īmitē uirum
octa Vt fr̃ez adeptũ scelere restituat m̃
Nu Incolumis ut sis ipā labentē ut domũ
Genitoris olim sobole restituas tua
octa Expectat aliaz pn̄cipis sobolez domꝰ
Me dira miseri fata germani trahunt
Nu Confirmet aĩuz ciuiũ tantꝰ fauor
octa Solatur iste nr̃a nõ releuat mala
Nut Vis mag̃ ppli ē octa pn̄cipis maior tn̄

Nut R espicit ipē ɔiugez octa pelex uetat uetat
Nut I nuisa ciuibus nēpe octaz cara est uiro
Nut N ō dū vxor est octa am fiet ꝛ ɔeiūx sit
Nut I uuenilis ardor impetu p̄mo furit
L anguescit idez facile nᶜ durat diu
I nuenē turpi ceu leuis flāme uapor
A mor perempnis ɔiugis caste manet
V iolare p̄ma q̄ thoros ausa est
A nimūqz dn̄i famula possedit diu
I az metuet eadez nēpe p̄latā s̊
S ubiecta ꝛ humilis monumēta extruit
Q uibꝫ timorē fassa testatur suum
E t hāc leuis fallax qꝫ destituet deus
V olucer cupido sit licꝫ forā eminens
O pibꝫ superba gaudiū capiet breue
P assa ē similes ipā dolores
R egina deum
C ū se formas ūtit īomīs
D n̄s celi diuūqz pater
E t nō penas sumpsit oloris
M odo sidonij cornua thauri
A ureus idez fluxit īimbri
F ulgent celo sid'a lede
P atrio residet bacho olip̄o
D eus alcides possidet hebē
N ec iunonis iā timet iras
C uiꝰ gener ē qui fuit hostis
V icit sapiens tn̄ obsequium
C oniugis alte p̄ssusqz dolor
S ola tonantez tenet hectereo
S ecura thoro maxīa iuno
N ec mortali captus forma
D eserit altaz iuppiter aulam
T u q̊qz terris altera iuno
S oror augusti ɔiux qꝫ ɔuces
V ince dolores Octauia Nutx
I ungentᶻ an̄ sideribꝫ sceta
E t ignis unde. tartaꝰ celi polo
L ux alma tenebris rosade noctidies
Q̄ ai scelesti ɔiugis mēte īpia
M ens mā sēx sēis extincti memor
V tinaz nefandi p̄ncipis duerū caput

obruere flamis celitū rector paret
Qui sepe uas fulmīe īfesto quatit
Mentesq; nrās ignibꝰ terret sacris
Nouisq; mōstris uidimꝰ celo iubar
Ardens cometa pandē īfestam facem
Qua palustra tardꝰ noctis ēťna uice
Regit boetes frigido arctos rigens
En ipse diro spū seui ductis
Polluit̄ ether gētibꝰ clades nouas
Minant̄ astra q̄ regit dux īpius
Non tam ferū tiphona neglecto ioue
Irata tellꝰ edidit qdā parens
Hic grauior illo pestis hic hostis deū
Hoīūq; tēplis expulit supos suis
Ciuesq; pāia · spm frī extulit
Hausit cruorem mris ⁊ lucē uidet
Fruit̄ q; uitaq; noxiā atq; aiāq; trahit
Proh sūme genitor tela cur iac̄ frustra
Inuicta totiens temē regali manu
In tam nocentem dextra cur cessat tua
Utinā suorū facinorū penas luat
Neron sidius domitio genitꝰ prē
Orbis tirānꝰ q̄ pmit turpi iugo
Morū q; uitijs nomē augustū īq̄nat
Nut Indignꝰ ille fateor ē thalamis tuis
Sed cede fatis atq; fortune tue
Alūpna queso neue uiolēta moue
Iram mariti forsitan uindex deus
Existet aliqs letus ⁊ ueniet dies
Octa Graui deorū nrā iāq; pdem domus
Urgetur ira pma q̄ pssit uenus
Furore misere dura geñtris mee
Que nupta demens nupsit īcesta face
Oblita nrī ɔiugis legū īmemor
Illo soluta crine succincta anguibꝰ
Ultrix herinis uenit adstigios thoros
Raptasq; thalamis sanguine extīxit faces
Incendit iras pricipis pectus truci
Cedem ī nefandā cecidit īfelix parens
Heu nrā ferro meq; ppetuo obruit
Extincta luctu ɔiugem traxit suum
Natū q; ad ūbras pdidit lapsā domū

Nut[rix] Renouate luctus parce cum fletu pios
Manes parentis neve sollicita tue
Graues furoris que sui penas dedit

Chorus Romanorum

Que fama modo uenit ad aures
Utinam falso credita perdat
Frustra totiens iactata fidem
Nec noua coniux nostri thalamos
Principis intret teneatque suos
Nupta penates claudia proles
Edat partu pignora pacis
Qua tranquillus gaudet orbis
Seruetque decus roma eternum
Fratris thalamos sortita tenet
Maxima iuno soror angusti
Sociata thoris cur a patria
Pellitur aula. Sancta quid illi
Prodest pietas diuusque pater
Quid uirginitas castusque pudor
Nos quoque nostri sumus immemores
Post fata ducis cuius stirpem
Prodimus seuo suadente metu
Vera priorum uirtus condam
Romana fuit uerumque genus
Martis in illis sanguisque fuit
Ille reges hac expulerant
Urbe superbos ultique tuos
Sunt bene manes uirgo dextra
Cesa parentis ne seruitium
Paterere graue et improba d ferret
Premia uictrix dira libido
Te quoque bellum triste secutum est
Mactata tua miseranda manu
Nata lucrecia stuprum precium
Passa tiranni. dedit infandi
Sceleris penas cum tranquinio
Tullia coniux que per cesi
Membra parentis egit seuos
Impia currus laceroque seni
Violenta rogos nata negauit
Hoc quoque nati uidere nefas
Secula magnum cum tirrenum
Rate ferali princeps captam

Fraude peremptam misit in equor
Properant placidos linquere portus
Iussi naute resonant remis
Pulsata freta fertur in altum
Provecta ratis que resoluto
Robore labens pressa dehiscit
Sorbetque mare tollitur ingens
Clamor ad astra cum femineo
Mixtus planctu mors ante oculos
Dira vagatur querit leti
Sibi quisque fugam alii lacere
Puppis tabulis herent nudi
Fluctusque secant repetunt alii
Littora naute multos mergunt
Fata profundo scindit vestes
Augusta suas laceratque comas
Rigat et mestis fletibus ora
